

MAURICIUS GORDILLO, S. I.

COMPENDIUM

THEOLOGIAE ORIENTALIS

Ad usum privatum

ROMAE

Pontificia Universitas Gregoriana

1935

I N D E X

INTRODUCTIO: 1.Documenta de Studiis Theologicis Orientalibus in Facultatibus Sacrae Theologiae.-2.Tractatus momentum et utilitas
3.Tractatus Indoles.4.Annotationum ratio..... pag. 1-2

CAPUT I

DE ORIENTE CHRISTIANO EIUSQUE DIVISIONIBUS: 1.De vocis "Orientalis" significatione.-2.Varia genera divisionis Orientis Christiani..... pag. 3
Art.I: De variis Orientis Ritibus: 1.De Ritu iuridice sumpto.-2. De Ritu liturgice sumpto.-3.De Rituum orientalium varietate.- 4. De eorum origine et evolutione.-5.De veneratione orientalibus Ritibus exhibenda..... pag. 4-6
Art.II: De religiosis Coetibus Orientis: 1.De Nestorianis.-2. De Monophysitis.- 3.De Ecclesia "Graeco-slavica".-4.De Catholicis Orientalibus.-5.Numerus Orientalium secundum Ritus et Confessiones religiosas..... pag. 6-9

CAPUT II

DE LITTERIS THEOLOGICIS IN ECCLESIA GRAECO SLAVICA..... pag. 10
Art.I: Theologiac Graeco-slavicae conspectus historicus: 1. De scholis theologicis in Oriente graeco-slavico.-2.Theologia byzantina independens.-3.De primo influxu theologiae S.Thomae in litteras theologicas byzantinas.-4.Theologia Tridentina in Graecorum operibus.-5.Scholasticae usus apud Kiovienses.-6.Theologia philoprotstantica Prokopoviana.-7.Theologia orthodoxa reformata. 8.Philosophia religiosa: Liberalismus et Modernismus..... pag.10-14
Art.II: De Theologiae Graeco-slavicae fontibus: 1.Sacrae Scripturae auctoritas,canon et textus adhibitus.-2.De Symbolis et Conciliis.-3.SS.PP:Orientalium et Occidentalium usus.-4.Libri Symbolici Ecclesiae Graeco-slavicae:eorum pondus..... pag.14-17
Art.III: De iis quibus Ecclesia Graeco-slavica a Catholica discriminatur: 1.De elenchis "errorum Latinorum" primo schismatis tempore.-2.De quinque differentiis in Synodo Florentina dilucidatis.-3.De differentiis ab auctoribus graeco-slavicis recentioribus commemoratis.-4.De differentiis ab auctoribus catholicis propositis..... pag.17-18

CAPUT III

- DE ROMANI PONTIFICIS PRIMATU..... pag. 19
Art.I: Historia Controversiae: 1.Byzantinorum doctrina de Prima-
tu ante Photium; canon 28 Chalcedonensis, Theoria Pentarchiae.- 2.
Argumenta contra Primatum tempore Photii et Caerularii.-3.Polem-
ica contra Primatum in theologia byzantina.-4.Argumenta ab Eccle-
sia corpore Christi mystic desumpta: eorum origo protestantica.-
5.Argumenta historica recentioris aetatis.-6.Slavophili contra
Primatum Romani Pontificis..... pag.19-22
Art.II: "Tu es Petrus": 1.Testimonia Evangelica de Primatu.- 2.
Graeco-slavi de Matth.16,18.-3.Eorum interpretatio Ioann.21,15-
17.-4.Doctrina catholica reboratur traditione ecclesiastica - 5.
et Liturgiis Orientalium..... pag.22-25
Art.III: Doctrina de Ecclesia corpore Christi mystico et Primatus
Romanus: 1.Quid hoc articulo intenditur.-2.Catholici falso accu-
santur de ignorantia huius doctrinae;-3.quam graeco-slavici non-
nisi orto iam protestantismo usurpare incipiunt.-4.Eorum argumen-
tum contra Primatum ex hac doctrina petitum.-5.Argumenti apta so-
lutio..... pag.25-28
Art.IV: Ecclesiae notio et Romanorum Pontificum Primatus: 1.Grae-
co-slavi contra definitionem Ecclesiae a catholicis traditam.-2.
Ecclesiae natura ad mentem Slavophilorum.-3.Primatus Romanus et
"Iuridismus" ecclesiasticus.-4.Primatus Romanus et "Sobornost" p.29-31

CAPUT IV

- DE SPIRITU SANCTI PROCESSIONE..... pag. 32
Art.I: Historia Controversiae: 1.Prima controversia inter Antio-
chenos et Alexandrinos.-2.Formula latina a byzantinis reprehensa.
3.Formula graeca a theologis Carolinis impugnata.-4.Indoles con-
troversiae sub Photio et Caerulario.-5.Byzantini contra Filioque.
6.De operibus A.Zoirnikavii et Th.Prokopovicz.-7.Russorum et Grae-
corum sententia in Conventibus Bonnensibus.-8.Theses V.V.Bolotov
de Filioque.-9.Status huius controversiae inter hodiernos. pag.32-37
Art.II: De Processione Spiritus Sancti testimonia Sacrae Scriptu-
rae: 1.Quaestionis conspectus.-2.Graeco-slavorum interpretatio S.
Ioann.15,26.-3.Eorum obiectiones Ioann.16,13-15,-4.Gal.4,6,-5.et
contra argumenta catholicorum petita a missione Spiritus a Filio.
6.Obiectorum apta solutio..... pag.37-40
Art.III: De Spiritu Sancti Processione SS.PP.sententia: 1.Sen-
tentia Photiana ad PP.Graecos relata.-2.Argumentum patristicum in
Photii scriptis.-3.Prima Florilegia Patrum de Spiritus Sancti Pro-
cessione.-4.De mente S.Ioannis Damasceni byzantinorum et latino-
rym sententiae.-5.Formula "Ex Patre per Filium" apud Originem et
Cappadoces.-6.Solvuntur difficultates Bolotov contra aequivalent
tiam utriusque formulae: per Filium et Filioque.-7.Vindicatur de-
finitio Florentina..... pag.40-43
Art.IV: De verbo "Filioque" ad Symbolum Nicaeno-Constantinopoli-
tanum addito: 1.Sententia catholica et graeco-slavorum separato-
rum.-2.Argumenta praincipua contra additionem adducta.-3.Decretum

Compendium Theologiae Orientalis - ***

Ephesinum et additio ly Filioque.-4.Quid de facto ipso additibus historice constat..... pag.43-46

CAPUT V

DE IMMACULATA CONCEPTIONE B.M.V.: 1.Bulla "Ineffabilis" et Ecclesia Graeco-slavica.-2.Argumenta praecipua contra dogma catholicum..... pag. 47

Art.I: Historia Controversiae: 1.Antiquiores oppugnatores piae sententiae apud Graecos.-2.Sententia Graecorum a medio saeculo XVII.-3.Huius opinionis influxus in Russia.-4.Graeco-slavici contra definiticem dogmatis:A.Lebedev.-5.De Conceptione Immaculata B.M.V.in mariologia Sergii Bulgakov..... pag.48-51

Art.II: De Immaculata B.M.V.Conceptione Traditio Graeco-slavica: 1.SS.PP.Graecorum documenta: mens S.Ioannis Damasceni.-2.Byzantini scriptores a Photio usque ad saeculum XVII.-3.Schola Kiovensis de Immaculato B.M.V.Conceptu.-4.Antiqua Moscoviensium doctrina a Starovieris asserta.-5.Festum Conceptionis Sanctae Annae in Liturgia byzantina..... pag.51-54

CAPUT VI

DE NOVISSIMIS: 1.Varia doctrinae capita circa Novissima quibus Graeci a Latinis dissentiebant in Concilio Florentino.-2.Graeco-slavorum doctrina de Novissimis:quaestiones communiter recep- tae et discusae inter auctores..... pag.55-56

Art.I: De sorte damnatorum et beatorum post mortem ante ultimum iudicium: 1.De damnatorum quorumdam ab inferis liberatione:doctrina homiliae "de iis qui in fide dormierunt".-2.Ritus Euchelaei -3.Graecorum antiquorum sententia.-4.Opiniones Russorum.-5.De dilatione retributionis iustorum sententiae ante concilium Florenti- num.-6.Florentinae disputationes.-7.De theologis postflorentinis retributionis dilationem propugnantium.-8.Stephani Javorskij sen- tentia.-9.Quid hodierni scriptores graeco-slavici sentiant. pag.56-59

Art.II: De tertio animarum statu seu de Purgatorio: 1.Prima con- troversiae origo.-2.Byzantinorum opuscula contra Purgatorium.-3. Disputationes Florentinae.-4.Recentiorum graeco-slavorum senten- tia de tertio statu; quibus differat a dogmate catholico de Pur- gatorio.-5.Doctrina Stephani Javorskij.-6.Dogma catholicum in Lit- urgis liturgicis byzantinis..... pag.59-62

C O N C L U S I O : 1.Quid in notis desiderentur quaestiones.. 2. Ecclesia Graeco-slavica relate ad unionem cum aliis christianorum coetibus, - 3. et cum Ecclesia Catholica. - 4. Praecipua difficul- tas,de Primatu,minime est insuperabilis. - 5. Vox "Orthodoxiae"et Ecclesia Romana..... pag.63-65

Non habet Dei caritatem qui Ecclesiae non diligit unitatem.
(Anselmus Havelbergensis).

INTRODUCTIO

Summarium: 1. Documenta de Studiis Theologicis Orientalibus in Facultatibus Theologiae Sacrae. - 2. Tractatus momentum et utilitas. - 3. Tractatus indeoles. - 4. Harum annotationum ratio.

1. Litteris Encyclicis "Rerum Orientalium" die 8 Septembris 1928 datis, SS.D.N.PIUS XI vehementer se cupere ostendit ut Orientalia Studia, quum in Catholicis Universitatibus, tum in Clericorum Seminariis, diversa tamen ratione, colerentur (1).

Haec autem vota Summi Pontificis, cuius in Orientales amor manifestus est (2), in praxim deduxit Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, editis "ordinationibus ad Constitutionem Apostolicam „Deus scientiarum Dominus“ de Universitatibus et Facultatibus Studiorum Ecclesiasticorum rite exequendam". Nimimum, inter disciplinas Auxiliares Facultati Theologicae proprias, ab auditoribus omnibus frequentandas, habetur illa: "Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes" (3).

2. Quantum vero conferat haec nostra disciplina ad studia theologica facile ostenditur. Ut commemorat Encyclica Rerum Orientalium (4), utilis est ad plenam hauriendum cognitionem catholicae Theologiae, dum nos cogit ad orientales Patres impensius colendos, ad orientalium Liturgiam evolvendam, etc.

Praeterea, necessaria est ad quaestiones unionisticas quas vocant apte tractandas, quemadmodum iam olim commendabat Humbertus de Romanis; quae enim ipse postulat noto suo opere tripartito (5) modo sacerdotibus omnibus accommodantur; quippe opus de unione, sive attendas ad dif-

(1) Acta Apostolicae Sedis, 1928, p. 284. Cura Associationis Italae pro Oriente Christiano facta est editio huius Encyclicae italica, notis aucta. - (2) P. DE BELLOY S.I., Pie XI et le retour à l'Unité de l'Orient séparé; OC, XVI (1929), p. 5 ss.; Ch. QUENET, Pie XI et l'Unité de l'Eglise, Paris 1928. - (3) Acta Apostolicae Sedis, 1931, p. 271. - (4) Acta Apostolicae Sedis, 1928, p. 284 s. - (5) MANSI, XXIV, c. 128 s.

fusionem orientalium per totum orbem, sive animo volvas redditum dissidentium procurandum esse ab omnibus christifidelibus, utre "catholicum" seu universale modo iam evasit (1). Ut vero nostri sacerdotes hisce quaestionibus operam navare queant, opportuna egent praeparatione.

Nec dicas ad redditum orientalium solam caritatem sufficere, eruditio nem autem theologicam nihil valere. Nam, magistra historia, edocerur colloquia theologica cum orientalibus efficacia non caruisse, quotiescumque scientiam comitabatur caritas.

3. Caritatem fave praesertim orationis studio (2); scientiam vero sedula argumentorum dissidentium et attenta consideratione.

Hanc nos instituimus ea amplitudine quam ferunt temporis angustiae et specialis nostri tractatus indoles. Relicta enim ad cursus speciales longiore tractatione de selecto quodam arguento, modo intendi sumnam dare Theologiae Orientalis, praecipuas complectentem quaestiones Catholicos inter et Graeco-Slavicos dissidentes, Monophysitas et Nestorianos hodie agitatas, quae separatorum argumenta accurate referat eisque aptam adhibeat solutionem.

His vero praemittitur brevissima descriptio orientalium rituum et historia diversarum "confessionum" orientalium, ut iam in antecessum praebetur imago quaedam Orientis Christiani. Ad finem vero appendicis instar subduntur documenta pontificia quibus Catholicorum, sacerdotum praesertim, labor erga orientales dirigatur oportet.

4. Iam, ut harum annotationum ratio declaretur, etsi plura sint opera edita de Theologia Orientali - quorum praecipua illa habentur a M. JUGIE et Th. SPACIL elucubrata - desideratur a multis breve Compendium, alumnis cursus theologicici accommodatum. Hoc deficiente, notas has brevissimas trado, quibus non omnia quae in Compendio locum obtinere debent complector, sed solum ea quae praelectionibus huius anni evolvenda sunt.

(1) Acta Apostolicae Sedis, 1928, p. 283 s. - (2) Cfr. M. JUGIE, La prière pour l'unité chrétienne, Paris 1920.

S I G L O R U M I N D E X

- CDE - Th. Spáčil S.I., Conceptus et doctrina de Ecclesia, Romae 1923/24.
DTC - Dictionnaire de Théologie Catholique.
DTOS - Th. Spáčil, Doctrina Theologiae Orientis separati (de Sacramentis)
EO - Echo d'Orient.
ES - Enchiridion Symbolorum (Denzinger-Umberg)
OC - Orientalia Christiana.
PG - Migne, Patrologia Graeca.
PL - Migne, Patrologia Latina.
PO - Graffin-Nau, Patrologia Orientalis.
TDCO - M. Jugie A.A., Theologia Dogmatica Christianorum Orientalium...
TDO - A. Palmieri, Theologia Dogmatica Orthodoxa.

CAPUT I

DE ORIENTE CHRISTIANO
EIUSQUE
DIVISIONIBUS.

Summarium: 1. De vocis "Orientalis" significatione. - 2. Varia genera divisionis Orientis Christiani.

1. Auctores difficultatem patiuntur in definiendo valore verbi "Orientalis" nec audent accuratam definitionem tradere Orientis Christiani (1); magna enim viget libertas et varietas in hoc epitheto "orientalis" usurpando.

Ratio vero huius diversitatis quaerenda est in usu vocis civili, a qua ecclesiastica loquendi ratio derivat. Habet enim: Imperium Orientale, Praefecturam Orientis, Dioecesin Orientis (2), quo fit ut plures dentur sensus plus minusve restricti huius vocis.

Iam vero nos Orientales vocamus omnes Ecclesias independentes (vel uni Romano Pontifici subditas), Liturgia utentes a Romana diversa, quorum capita intra confinia Imperii Orientalis antiqui sita sunt, necon illas extra confinia Imperii Orientalis positas, sed conditas ab Ecclesiis Imperii Orientalis, quibuscum communes habent usus religiosos.

2. Oriens Christianus dividi solet vel secundum Patriarchatus (3), vel secundum ritus, vel secundum doctrinas religiosas. Haec ultima divisio nobis quam maxime commendatur. Ad habendum autem aliquem generalem conspectum Orientis Christiani, divisio secundum ritus opportunitissima est.

Quare, totidem articulis considerabimus: a) varios Orientis ritus; b) varios religiosos Orientis coetus.

(1) R.JANIN A.A., Les églises séparées d'Orient, Paris 1930, p. 3. Vide etiam H.DENZINGER, Ritus Orientalium, t. I, Wirceburgi 1863, p. 1, aliosque auctores. - (2) Cfr. Notitiam dignitatum, ex qua divisionem Imperii saec. V desumunt auctores, v.gr. L.HOMO, L'Empire Romain, Paris 1925, p. 365 s. - (3) Hanc divisionem tenet M.LE QUIEN O.P., Oriens Christianus in quatuor Patriarchatus digestus, Parisiis 1740.

Art.I

De variis Orientis Ritibus

Summarius: 1. De Ritu iuridice sumpto. - 2. De Ritu liturgice sumpto. - 3. De Rituum Orientalium varietate. - 4. De eorum origine et evolutione. - 5. De veneratione Orientalibus Ritibus exhibenda.

1. Vocem "Ritum" multifariam interpretari licet: a) actus liturgicus; b) ordo et sistema actuum liturgicorum; c) complexus omnium legum et consuetudinum liturgicarum; d) universitas legum et consuetudinum, tum liturgicarum, tum disciplinarum; e) persona moralis seu corpus quod tali universalitate legum et consuetudinum regitur; et f) vinculum quo fideles cum tali persona morali coniunguntur (1).

Significationem propriam si quaeramus opus est distinguere in iuridicum et liturgicum Ritus conceptum.

Ritus autem iuridice samptus est ordo iuris ecclesiastici, quo non solum res liturgicae, sed universa quoque disciplina unius partis Ecclesiae universalis ordinatur. Hanc definitionem, quam E.HERMAN (2) c. 98 praesertim respiciens tradit, applicabis Ritibus catholicis; potest autem eadem definitio Ritibus non catholicis accommodari.

2. Liturgice vero acceptus Ritus definitur ratio peculiaris totum ordinem cultus divini peragendi (3).

Ad discriminandos Ritus Liturgicos consideranda sunt: Liturgia (4) aliquae usus liturgici; lingua adhibita; doctrina religiosa. Horum primum est praecipuum criterium.

3. Iam vero, secundum haec criteria quatuor generaliores ritus, vel rituum familias distingues: Alexandrinum seu Aegyptium, qui adhibet Liturgiam S.Cyrilli (quae nihil aliud est quam versio coptica antiquae Liturgiae graecae S.Marci), Antiochenum, qui sequitur Liturgiam

(1) cfr. E.HERMAN S.I., OC, n. 89 (1933), p. 104, complens ea quae habet R.KÖSTLER, Wörterbuch zum Kodex I.C., München 1927, p. 314. - (2) E.HERMAN S.I., De "Ritu" in Iure Canonico; OC, n. 89 (1933), p. 105; ex hac vero Ritus definitione auctor concludit Ritus: a) esse exclusivos ceterorum, b) omnes inter se aequales, c) ritum non esse legem territorialem tantum sed personalem. - (3) Qui usus adeo invaluit ut generatim tamquam synonima accipientur haec duo: Liturgia Orientalis et Ritus Orientalis; cfr. S.SALAVILLE A.A., Liturgies Orientales, Paris 1932, p. 13. - (4) Liturgia adhibetur modo de Missa, vel de universo ordine cultus divini. Ut confusio vitetur ad primum dicimus: Liturgia, littera capitali; ad secundum: liturgia

S. Iacobi, Armenum qui Liturgiam propriam collit ab illa byzantina Sti. Ioannis Chrysostomi non multum diversam (1), et Byzantium qui usurpat Liturgias S.Basilii et S.Ioannis Chrysostomi (2).

Hi omnes ritus, uno excepto Armeno. alias species sub se comprehendunt, quas singillatim describere nequimus brevibus hisce notulis; quare contenti erimus hac graphica indicatione:

I. Ritus Alexandrinus	1. Ritus copticus 2. Ritus aethiopicus	
II. Ritus Antiochenus	1. R.Syrus-occident. 2. R.Syrus-Orientalis	a. R.Syro-Antiochenus b. R.Syro-Maronita a. R.Syro-Chaldaicus b. R.Syro-Malabaricus
III. Ritus Armenus.		
IV. Ritus Byzantinus	1. R.Graeco-Byzantinus 2. R.Melchitico-Byzant. 3. R.Slavo-Byzantinus 4. R.Rumeno-Byzant. 5. R.Italo-Byzantinus 6. R.Ibero-Byzantinus 7. R.Romano-Byzantinus	a. R.Russus vetus b. R.Russus reformatus c. R.Ruthenus d. R.Bulgarus a. R.Cryptoferratensis b. R.Italo-Albanensis

De his nota: 1. Ad ritum Syro-Antiochenum pertinent Malankaren-
ses. 2. Ad ritum Syro-Chaldaicum pertinent Nestoriani Malabarenses Ec-
clesiae metropolitanae Mellusianorum, mediante saeculo XIX erectae.
3. Ritui Slavo-Byzantini ascribuntur omnes illae Ecclesiae quae sacris
adhibent linguam slavonicam. R.russus vetus primum est Raskolnikorum;
russus reformatus orthodoxorum slavorum; catholici autem fere omnes
ascribuntur Rutheno, praeter nonnullos qui tenent ritum Russicum refor-
matum, quem Synodalem quoque appellant. 4. R.romano-byzantinus nullibi
adhibetur; est enim Euchologium Benedicti XIV, cuius influxus detegitur
apud catholicos, qui nonnulla ad normam Euchologii castigarunt.

4. De origine autem et propagatione rituum orientalium non una
est auctorum sententia, quare hanc quaestionem in rerum praesentia vix
tangere audeo.

Sunt qui putant primis Ecclesiae saeculis unam viguisse Litur-
giam, a qua reliquae dimanarunt (3) Videlicet e rito primitivo orti

(1) Hac de causa nonnulli ut F.T.BRIGMAN, Liturgies Eastern and Western, Oxford 1896, ritum armenum ad byzantinum reducunt. - (2) De Li-
turgiis Byzantini cfr. P.DE MESTER O.S.B., Grecques (Liturgies), DTC,
t.VI,c.1595 ss. - (3) L.DUCHESNE, Origines du culte chrétien, 3 ed. Pa-
ris 1903, p. 54; A.COUTURIER, Cours de Liturgie grecque-melkite, t.I,
Jérusalem-Paris 1912, p. 21; S.SALAVILLE A.A., Liturgies Orientales, Pa-
ris 1932, p. 26.

sunt Antiochenus et Alexandrinus iam ante saeculum IV. Dein ritus Antiochenus, qui dispescitur in Antiochenum purum et Hierosolymitanum, ortum dat, mediante Hierosolyma, ritibus chaldaico et malabarico, mediante Caesarea Cappadociae, ritibus armeno et byzantino.

Verum alia opinio quae semper communior evadit (1) propugnat initio nullos fuisse ritus constitutos. Deinde vero in singulis coetibus consuetudines quaedam stabiliuntur. Tandem, pereuntibus Liturgiis minorum civitatum, dilatantur fines liturgici magnarum urbium et provinciae illae liturgicae definiuntur.

5. Hisce delibatis, nonnulla subienda sunt de veneratione ritibus orientalibus exhibenda. Argumenta omnia concludit PIUS IX, litteris "In suprema Petri Apostoli Sede" (2) laudans in orientalibus ritibus: a) corum venerandam sacramque vetustatem, b) cultus splendorem, c) pietatem et reverentiam.

Hisce commentarii instar adhibe quae scripsit P. Salaville (3) Videlicet, ritus orientales non solum, uppone veteres, antiquissimos usus referunt Ecclesiae Orientalis, verum etiam pristinae illius orientalis catholicae doctrinae veros thesauros exhibit; drama liturgicum vividius ponunt ob oculos; denique mira pietate abundant, quae ab occidentalibus non ita longe abest: omnes enim magnae occidentalium devotiones, liturgiis orientalibus, diversa utique forma, mirifice commendantur (4).

Art. II

De religiosis coetibus Orientis

Summarius: 1. De Nestorianis. - 2. De Monophysitis. - 3. De "orthodoxis". - 4. De Catholicis orientalibus. - 5. Numerus orientalium secundum Ritus et Confessiones religiosas.

Omissis iis omnibus sectis, quorum nullae iam reliquiae sunt in Oriente, tres sunt religiosi coetus ad quos dissidentes omnes orientales pertinent: Nestorianismus, Monophysismus, sic dicta "Orthodoxia" graeco-slavica. De his modo agemus. Tum de Catholicis rituum orientalium

(1) Hanc sententiam tueretur A.BAUMSTARK, Vom geschichtliche Werden der Liturgie, Ecclesia crans 10, München 1923, p. 13-57. - (2) Pii IX Pontificis Maximi Acta, Pars prima, t. I, p. 81. - (3) S.SALAVILLE A.A., Liturgies Orientales, Paris 1932, p. 52 ss. - (4) Id valet etiam de illis devotionibus quae quandoque feruntur ab orientalibus prorsus alienae. Vide sis articulum: Le coup de lance et la plaie du côté dans la liturgie orientale; L'Union des Eglises, 1929, p. 77-86. Ceterum qui, ut K.ADAM, contendunt ab orientalibus ignorari fecerit devotionem erga sacratissimam Christi Domini Humanitatem, falluntur. Vide S.SALAVILLE, l.c., p. 93 s.

1. Nestoriani: Post condemnationem Nestorii in Synodo Ephesina (1) eius sententia perseveravit in Schola Edessena, forte non tam ob auctoritatem ipsius Nestorii quam propter reverentiam erga Diodorum Tarsensem et Theodorum Mompsuestenum (2).

Edessae autem florebat schola persica, ubi selecti iuvenes Ecclesiae Seleuciae-Ctesiphontis sacris erudiebantur litteris. Hinc factum est ut anno 484 Persae, etiam studio independentiae ducti, Nestorianismum amplexi sunt, auctore praesertim Barsauma (3), eumdemque dilatarunt ad limites usque Tartariae, Mongoliae, Indiae et Sinae.

Attamen, rebus mutatis, iam a saeculo XIV nestorianorum numerus minui coepit. Modo vero nonnisi 95.000 recensentur, quorum 15.000 in Malabar, reliqui in Patriarchatu Kotchanensi.

2. Monophysitae: Auctor Monophysismi fertur Eutyches (4) monachus ille senex, "imprudens et nimis imperitus" (5), qui formula abutens S.Cyrilli: Μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρχομένη (6) unicam in Christo Domino natūram profitebatur.

Verum Eutyches non solum a Constantinopolitano et Chalcedonensi Concilio damnatus fuit, sed etiam ab ipsis monophysitis, qui doctrinam Severi antiocheni antistititis - seu mitigatam quamdam monophysismi formam, retinuerunt (7). Quid vero de Eutychianismo et de variis Monophysismi formis sentiendum sit infra videbitur. Modo autem huius sectae per Orientem diffusionem paucis commemorabimus.

Primo loco veniunt Copti, Concilium Chalcedonense, praeunte Dio-
saoro, reicientes, qui ab anno 457 monophysitae existunt. Cum verc Aethiopes eorum Abuna a Patriarcha copto acciperent, veraus annum 500,
et ipsi monophysismum amplexi sunt (8).

Armeni Syncdum Chalcedonensem repudiant anno 491, in synode Vagharchapatensi. Mediante vero saeculo VI Monophysismus triumphum reportavit apud syros antiochenos, qui strenue illum defendunt contra Imperatores Iustinum et Iustinianum. Hoc in certamine monophysitarum agmen duxit Iacobus Zanzalus (vel Baradai) a quo ortum est nomen Iacobitarum. Major autem pars Iacobitarum hodie constituitur Malabarensibus qui anno 1653 ab Unione Diamparensi (1599) recesserunt, et communionem quaerunt, non iam cum Nestorianis, quibus antea consentiebant, sed cum Patriarcha monophysitico Antiochiae.

(1) MANSI, t. IV, c. 1211. - (2) Ad eorum auctoritatem ipse Nestorius saepius recurrit; cfr. eius Livre d'Héraclide (ed.F.Nau, 1910~, p. 291-293. - (3) De Ecclesia Nestoriana per pulchre disserit E.TISSERAND, Nestorienne (l'Eglise); DTC, t. XI, c. 157-323. Vide praesertim col. 173-178. - (4) M.JUGIE A.A., Eutyches et Eutychianisme; DTC, t.V, c. 1528-1609. - (5) S.LEO M., Ep.28,1, et 35,1; PL, 754, 755, 803. - (6) Cfr. PG, 76, 40; PG, 77, 193, 241. S.Cyrillus verba attribuit, falso tamen, S. Athanasio, PG, 76, 1212. - (7) Cfr. J.LEBON, Le Monophysisme sévérien, Louvain 1909 et M.JUGIE A.A., Monophysisme; DTC, t. X, c. 2216-2251. - (8) R.JANIN A.A., Les églises séparées d'Orient, Paris 1930, p. 171-173, 181-183.

3. "Orthodoxi": Dissidentium orientalium pars longe praecipua illa est quae sequuta est Byzantium in schismate saeculi XI. Huius separationis originem detegit L.Duchesne (1) in illo independentiae studio Byzantinae Ecclesiae proprio iam ab aevo constantiniano.

Auctores vero schismatis feruntur Photius et Caerularios, uterque Constantinopolitanus Patriarcha. Photius (2) S.Nicolaum Papam depone praesumpsit coata Synodo Constantinopolitana a. 867. Dissidium autem breve fuit, et potius quam schisma habendum fere est tanquam intestinum Ecclesiae Constantinopolitanae bellum (3). In secundo autem suo Patriarchatu Photius videtur pacem cum Ecclesia Romana servasse(4).

Eius tamen libri scripti de Processione Spiritus Sancti posteriorebus ansam dederunt ut in schisma ruerent. Illud tandem perfecit Michael Caerularios anno 1054 (5).

Brevi Byzantium schisma alios populos ad se traxit; et primo quidem illos qui ut bulgaros a Constantinopolitana sede dependebant, et Kiovienses, sub graecis episcopis constitutos, licet apud Kiovienses nonnisi saeculo XII schisma generale evaserit(6). Maiore cum difficultate schisma propagatum est per Patriarchatus Melchiticos Antiochiae, Hierosolymorum et Alexandriae; ita ut nequeat cum certitudine asseri quando separatio evenerit, quando unio fuerit restibilita (7)

Ecclesia autem Byzantina dissidens magis magisque numero aucta est, ita ut nostris temporibus Ecclesiae orthodoxae multiplicatae sunt in Constantinopoli aliisque antiquis patriarchatibus, Graecia, Bulgaria Rumania, Iugoslavia, Polonia, Russia, nationibus Balticis, Albania...

4. Catholici: Modo autem in omnibus orientalibus ritibus liturgicis adest etiam coetus catholicorum. Ex his Maronitae fuerunt semper catholici (8), reliqui diverso tempore unionem pepererunt cum Ecclesia Romana, videlicet:

(1) L.DUCHESNE, Églises séparées, 2 ed. Paris 1905, p. 163 ss, ubi notat annis 323-787 non minus quam 203 Byzantines egisse a Romana Sede seiunctos. - (2) Opus longe praecipuum de Photio est J.HERGENRÖTER, Photius Patriarch von Konstantinopel, Regensburg 1867-1869. Illud infirmare conati sunt nonnulli scriptores russici, de quibus agit A.PALMIERI, TDO, t.I, p. 730-732 in nota; Modo vero auctores agnoscent Herkenröther nimium pendere a fontibus ignatianis, ed idcirco nonnihil esse corrigendum; cfr. P.PEETERS, Analecta Bollandiana, 1934, p. 404-407. (3) Ita sentit LEO SAPIENS; cfr. A.VOGT et I.HAUSHERR S.I., Oraison funèbre de Basile I par son fils Léon VI le Sage; OC, n. 77 (1932), p. 62.- (4) Haec est opinio hodie magis accepta, post labores a V.GRUMEL A.A. et F.DVORNIK elucubratos. Documenta praecipua de controversia Photii cum Ecclesia Catholica collegit G.HOFMANN S.I., Photius et Ecclesia Romana, Romae 1932 (Un.Pont.Greg. Textus et Documenta, Series theologica n. 6.7). - (5) De his confer L.BREHIER, Le Schisme Orientale du XI s., Paris - (6) Statum schismatis byzantini ad finem saeculi XI describit B.LEIB S.I., Rome, Kiev et Byzanze à la fin du XI siècle, Paris 1925. - (7) S.Congr.Orient., Statistica della Gerarchia e dei fedeli di rito Orientale, Romae 1932, p. 138. - (8) P.DIB, L'Église Maronite, t.I, Paris 1930, p. 51-143.

Compendium Theologiae Orientalis - 9

Versus annum 1198 invenimus Armenos Cilicagi unitos; Georgianos vero versus 1328. Saeculo XVI commemoranda est unio Chaldaeorum a. 1551, unio Albanensium in Italia defentibus iam ante a. 1564 - si tamen unio fuit et non potius unio semper extitit - magna illa unio Ruthenorum, d. 8/18 octobris 1596, et tandem a. 1599 unio Malabaren-sium in Synodo Diamperitensi. Saeculo XVII facta est unio Armenorum in Polonia a. 1635, Syrorum a. 1662, Rumanorum a. 1697 et Melchitarum etsi horum unio nonnisi a. 1724 solide stabilita fuit. Saeculo XVIII ad unitatem revertuntur copti a. 1741. Saeculo XIX reconciliantur Bulgari a. 1859, Graeci eodem fere tempore, etsi nonnisi a. 1911 ordinarium sortiti sint episcopum, et Aethiopes. Tandem hoc vertente saeculo XX nominandi sunt Russi orientales et Malankarenses a. 1930(1)

5. Numerus autem orientalium secundum ritus et doctrinas (2):

Ritus	Cathol.	Nestor.	Monoph.	Orthod.	Totalis
Alex.	Copticus	39000	859700	898700
	Aethiopicus	30000	7000000	7030000
	Antiochenus	71700	80000	151700
Syro	Malankar.	13000	365000	378000
	Maronita	422800	422800
	Chaldaicus	70100	95000	165100
Ritus Armenus	Malabaricus	532800	532800
	Armenius	101100	3000000	3101100
	Graccus	3048	6855000	6858048
Byz.	Bulgarus	6000	4800000	4806000
	Italne Alb.	70900	70900
	Melchiticus	169000	422600	591600
	Rumenus	1394957	12000000	13394957
	Russus	20600	136540178	136560178
	Ruthenus	5304500	5304500
<hr/>					
S U M M A	8260355	95000	11304700	160617278	180277333

(1) Omitto uniones etiam generales quae optato caruerunt effectu.
 (2) Cfr. C. DE CLERCQ, Les Eglises unies d'Orient, Paris 1934; R. JANIN, Les Eglises separées d'Orient, Paris 1930; S. Congreg. Orient., Statistica... del Rito Orientale, Roma 1932.

CAPUT II

DE LITTERIS THEOLOGICIS IN ECCLESIA GRAECO-SLAVICA

Graeco-Slavicam vocamus Ecclesiam quae coalescit iis omnibus qui Ecclesiam Constantinopolitanam in separatione saeculi XI sequuti sunt, (1), sive lingua loquantur graeca, sive slavica, sive quavis alia.

Sed antequam singula doctrinae capita consideremus, opportunum duxi theologiae graeco-slavicae conspectum praebere, eius fontes indicare, et opiniones recensere quibus graeco-slavici a catholicis discriminantur.

Art. I

Theologiae Graeco-Slavicae conspectus historicus

Symmarium: 1. De scholis theologicis in Oriente Graeco-Slavico. - 2. De theologia byzantina independenti. - 3. De primo influxu theologiae S.Thomae in litteras theologicas byzantinas. - 4. Theologia Tridentina in Graecorum operibus. - 5. Scholasticae cultus apud Kiovienses. - 6. Theologia philoprotestantica Prokopoviana. - 7. Theologia orthodoxa reformata. - 8. Philosophia religiosa, Liberalismus et Modernismus. - Conclusio.

1. Theodorus Uspensky, iam initio theologiae byzantinae extitisse asserit scholas theologicas proprie dictas, a quibus petit originem scholarum occidentalium (2). E contra P.M.Jugie puta frastra quaeri apud graeco-slavicis varia theologica systemata seu scholas (3).

(1) M.JUGIE A.A., Les divers noms de l'Eglise gréco-russe; Bessarione, t. XXXVIII (1922), p.179-199, et TDCO, t.IV, p.213-224. - (2) TH.US-PENSKY, Очерки по истории византийской образованности. Petropoli 1892. Eius autem opinio exaggerata censetur; cfr. F.CHALANDON, Essai sur le règne d'Alexis Comnène, Paris 1900, p.214. - (3) TDCO, t.II, p.18, not.; cfr. Revue Apologétique, t. LII (1931), p.106.

Attamen, quum ex commercio cum Philosophia quae Byzantio impense colitur (1), tum propter consuetudinem cum Catholicis et Protestantibus, Theologia graeco-slavica varium induit characterem; quem resipientes facile possumus varias distinguere periodos in eius evolutione historica, etsi de scholis theologiciis stricte dictis sermo fieri nequeat.

2. Primam autem periodum independentem intereo voco quod toto hoc tempore (s.IX-XIV) theologia byzantina at omni occidentali influxu aliena appareat. Ceterum in hac periodo theologiae indoles varia est.

Usque ad initium saeculi XII philosophia floret tum in Universitate Bardas, auctore Leone philosopho (2), tum in Universitate Constantini Monomachi, quae Psello magistro gloriatur (3). Quare, etsi Theologia non in Universitatibus sed in monasteriis tunc temporis tradatur (4), praincipui theologi huius periodi philosophiam dogmati explicando adhibent.

Hoc praestat Photius, qui Aristotelismum coluit et suis commendavit discipulis (5), praesertim Dialecticam, a qua petenda est fama Photii, quum ab orthodoxis, tum a catholicis agnita (6). Photio consentiunt eius alumni Leo Sapiens, Nicetas Byzantius... Psellos eiusque schola, in qua eminet Theophylactus Bulgariae Metropolita, et tandem Pselli adversarii, ut Michael Caerularios cui Psellos exprobrat nimium cultum Theologiae Aristotelis (7). Denique arte philosophica utuntur quoque theologi alii, ut Nicetas Stethatos, qui in monasterio sacris litteris vacavit.

Res vero mutata est cum, iussu Alexi I Comneni, anathemate perculsus est Ioannes Italos, Pselli discipulus, propter abusum philosophiae (8). Si perlegas opera Euthymii Zigabeni, Andronici Cameteri, Nicetae Akominati, Nicephori Blemmydae, Ioannis Beccou... deprehendes eorum operam sitam esse in documentis Patrum et Sacrae Scripturae.

3. Mediante autem saeculo XIV Byzantini, qui hactenus Latinos ut homines rudes ignorantesque despiciebant (9), non sine admiratione legere incipiunt opera theologica Sancti Thomae (10), quae Demetrius et

(1) Cfr. F.FUCHS, Die höheren Schulen von Konstantinopel im Mittelalter, Leipzig 1926; L.BREHIER, L'enseignement supérieur à Constantinople; Byzantion, t.III (1926), p.73 ss. - (2) F.FUCHS, l.c., p. 18 ss. - (3) De Psello cfr. Ch.ZERVOS, Un philosophe néoplatonicien du XI siècle, Michel Psellos, sa vie, son oeuvre, ses luttes philosophiques, son influence, Paris 1920. - (4) Inter monachos scientiae sacrae cultores illustris habetur Symeon iuvenis theologus, cuius vitam edidit I.HAUSHEPR S.I., Un grand mystique byzantin: Vie de Symeon le Nouveau Théologien (949-1022) par Nicetas Stethatos; CC,n.45 (1928). - (5) J.HERGENRÖTHER, Photius Patriarch von Konstantinopel, t.I, p.330; t.III, p.341 ss. - (6) TDO, t.I, p.731 s. - (7) L.BREHIER, Un discours inédit de Psellos: accusation du patriarche Michel Cérulaire devant le Syndic (1059); Revue des études grecques, t.XVI (1903) et XVII (1904); v.t.XVI, p.399. - (8) S.SALAVILLE A.A., Philosophie et théologie...à Byzance; EO, t.XXIX (1930), p.141-145. - (9) PG, 120, 808. - (10) TDCO, t.I, p.427 commemorationem a Maximo Planude factam, quae tamen non videtur Planudi concedenda; cfr. M.RACKI, Der Katholik, 1915, t.I, p.30.

Prochorus Eyderius (1) in linguam graecam transtulere (2) et contra adversarios tuiti sunt (3).

Aquinas vero hoc tempore praesidio fuit scriptoribus orthodoxis ad diluendam distinctionem quam inter essentiam et operationem divinam statuit Palamas - in qua reali distinctione palamismus consistit (4) - necnon eis viam munivit ad veritatem catholicam, quam plures antipalamitae tandem amplexi sunt, Quo fit ut adversarii haec Divi Thomae opera evolvente cogantur; quinimo palamita Georgius Scholarios paritissimus fuit byzantinorum in theologia thomistica (5), etsi eodem tempore Duns Scotum doctrinae palamisticae adhibeat (6).

4. Post captam urbem Constantinopolitanam, cum primum theologicae litterae graecorum florere incipiunt, doctrina catholica eis arma confert ad reiciendos errores Protestantum.

Facile enim appareret influxus Concilii Tridentini, tum in responsionibus Ieremiae II ad Wittenbergenses (7), tum in duobus synodis Iassensi a. 1642 et Hierosolymitana a. 1672, quae sanciverunt Confessiones fidei Petri Moghilae et Patriarchae Dosithei. Age iam; Moghilka usus est Catechismo Tridentino, S. Roberti Bellarmini et S. Petri Canisii (8), Dositheus, etsi non verbis, sensu pariter ab illis dependet. Nec aliud censendum est de Maximo Margunio, Gabriele Severo, Georgio Coressio, aliisque auctoribus qui cum Protestantibus scripto decertarunt.

5. Occidentalis autem theologia magis adhuc triumphat in schola Kiovensi, a Maghila condita anno 1631 (9). Nam alumnorum institutio scholastica prorsus ratione instituta est; S. Thomas magister adhibitus (10), etsi pierique Kiovenses Aquinam noverint potius in Commentariis Patrum S.I. (11); una vero cum Aquinate alii perillustres nos-

(1) G. MERCATI, Notizie di Procoro e Demetrio Cidone...; Studi e Testi, t. 56, Città del Vaticano, 1931; M. JUGIE A.A., Demetrius Cydonès et la théologie latine à Byzance aux XIV et XV siècles; EO, t. XXVII (1928), p. 385-402. - (2) M. RACKL, Die griechische Übersetzung der "Summa Theologica" des hl. Thomas von Aquin; Byzantinische Zeitschrift, t. XXIV (1923-1924), p. 48-60; cfr. id. in der Katholik, 1915, t. I, p. 21-40. - (3) M. RACKL, Die ungedruckte Verteidigungsschrift des Demetrius Kydones für Thomas von Aquin gegen Neilos Kabasiles; Divus Thomas, t. VII (1920), p. 303-327. - (4) Cfr. M. JUGIE A.A., La controverse Palamite; EO, t. XXX (1931), p. 377-422. - (5) S. SALAVILLE A.A., Un thomiste à Byzance au XV siècle; EO, t. XXII (1924), p. 135 ss.; M. JUGIE A.A., Georges Scholarios et Saint Thomas d'Aquin; Mélanges Mandonet, Paris 1930, t. I, p. 423-440. - (6) S. GUICHARDAN, Le Problème de la simplicité divine en Orient et en Occident aux XIV et XV siècles: Grégoire Palamas, Duns Scot, Georges Scholarios, Paris 1933. - (7) Cfr. E. LEGRAND, Bibliographie hellénique, XV-XVI s., t. IV, Paris 1904, p. 240. - (8) A. MALVY S.I.-M. VILLER S.I., La Confession orthodoxe de Pierre Moghila; OG, n. 39 (1927), p. XCI-CVI. - (9) Erecta est in academiam a. 1633. - (10) Cfr. J. SLIPYJ, De valore S. Thomas Aquinatis pro unione, eiusque influxu in theologiam orientalem; Acta IV Conventus Velehradensis, Pragae 1925, p. 267-271. - (11) TDO, t. I, p. 158.

tri theologi ut S. Robertus Bellarminus, a quo plura ad verbum mutuavit Stephanus Javorsky (1). Simul vero ex his fontibus hauriunt plures sententias catholicae, circa Purgatorium, Immaculatam Conceptionem, formam consecrationis, etc.

6. Novum periodum in theologia slavica inaugurovit Theophanes Prokopovicz, qui catholicos relinquens ad protestantes confugit. Ab eis ipso petit vel ipsam generalem theologiae divisionem (2), eorumque placita de Canone S. Scripturae, de Iustificatione aliisque quaestionebus palam docuit (3).

Hoc pacto Protestantismus qui a Byzantinis devictus fuerat (4) Ecclesiam Graeco-slavicam infecit, opera Prokopovicz, qui unus fere regnat usque ad annum 1837.

7. Hoc enim anno, iubente Comite N.A. Protasov, facta est reformatio studiorum sacrorum in Russia; theologia autem ad normam Confessionis Orthodoxae Moghilae et Dositheei redacta (5).

Hoc pacto elaborata sunt theologica compendia Macarii et Philaretii (6), de quibus non unum est graeco-slavorum iudicium (7), in scholis dissidentium ad instar textus adhiberi solita. Nec solum haec compendia theogiam reformatam exhibent; in eadem quippe sententia sunt plures alii scriptores ecclesiastici recentiores (8).

8. Eodem vero tempore ac theologia haec reformata - quae purior sane est - colitur religiosa philosophia, ab operibus idealistarum Germaniae hausta (9), quae novam theologiae speciem dedit.

Hic porro commemoranda est imprimis Schola Slavophilismi, cuius auctor habetur I. Kirieevsky (10), praecipuus vero theologus A.S. Khom-

(1) J. SCHWEIGL S.I., apud H. VAN LAAK S.I., De S. Roberti Bellarmini doctrinae praestantia, Romae 1931, p. 72. - (2) Vestigia tenet praesertim J. E. GERHARD, Methodus Studii theologici, Jenae 1654. - (3) De Prokopovicz vide TDO, t. I, p. 159 ss. quae uberem exhibent bibliographiam. - (4) Vide licet Ecclesia Byzantina facile compescuit Calvinismum Cyrilli Lukaris (quem frustra nonnulli excusare pretendunt, ut animadvertisit I. MICHAL-CESCU, Die Bekenntnisse und die wichtigsten Galubenszeugnisse der griechisch-orientalischen Kirche, Leipzig 1904, p. 265), et Lutheranismum traditum a Zaccharia Gergano in sua Catechismo (E. LEGRAND, Bibliographie hellénique, XVII s., t. I, p. 159-170), et a Metrophane Critopoulo in sua confessione, pos mortem auctoris, Helmstadii edita a. 1661. - (5) Kex a Protasov gestas compendio dat TDCO, t. I, p. 605-609. - (6) De his operibus catalogum et versiones cfr. in TDCO, t. I, p. 612-614. - (7) Nonnulla congerit A. PALMIERI, TDO, t. I, p. 175 ss. - (8) De illis tantum agit N. GLUBOKOVSKY, Русская богословская наука, Varsoviae 1928. Prima redactionis huius opellae exstat versio gallica, notis aucta: PH. DE REGIS S.I., Aperçu de la littérature théologique russe; Recherches Scienc. Relig., t. XYII (1927), p. 256-287. - (9) A. KOYRÉ, La philosophie et le problème national en Russie au début du XIX siècle, Paris 1929. - (10) A. KOYRÉ, La jeunesse d'Ivan Kirieevsky; Le Monde Slave, 1922, p. 213-237.

iakov (1) ne non schola Vladimiri Soloviev (2), qui princeps sane est philosophorum russorum.

Inter autores vero huic novae theologiae formae addictos suos habent asseclas Liberalismus et Modernismus. Liberales priores sane numerantur, etsi pauci in adogmatismum sint prolapsi, ut Merjkovsky et Rozanov (2), tum apud Slavos, tum etiam apud Graecos (3). Modernismi autem accusantur theologi Accademiae Orthodoxae Parisiensis, quorum notissimi sunt S.Bulgakov et N.Bierdiaev (4).

Conclusionis ergo haec forent indicanda: a) non licere de theologia graeco-slavica ita loqui ac si una semper sibi "constans fuerit; b) neque illam esse "orientalem" reduplicative ut aiunt; cum dempta prima periodo, ab occidente dependeat.

Art.II

De Theologiae Graeco-Slavicae fontibus

Summarius: 1. Sacrae Scripturae auctoritas, canon et textus adhibitus. - 2. De Symbolis et Conciliis. - 3. Sanctorum Patrum Orientalium et Occidentalium usus. - 4. Libri Symbolici Ecclesiae Graeco-Slavicae: eorum pondus.

1. Sacram Scripturam graeco-slavici adhibent ut primarium Revelationis fontem, cuius authentica interpretatio penes Ecclesiam est (5). Ceterum, uti iam indicavimus, per totum fere saeculum XVIII et initio saeculi XIX doctrina Protestantica de S.Scriptura uno Revelationis fonte tradita fuit in Russia (6), quin et huius erroris vestigia haud raro apparent in operibus recentiorum (7).

Canonem vero Librorum Sacrorum Novi Testamenti integrum retinent; Testamenti autem Veteris agnoscent, sicut protestantes, plures libros Deuterocanonicos, quibus auctoritas denegatur (8). Hanc opinio-

(1) Cfr. MORELL, La théologie de Khomiajov; Revue catholique des Eglises, 1904, t.I, p.58-65; A.GRACIEUX, L'élément moral dans la théologie de Khomiakov; Bessarione, ser.3, t.VII (1909-1910), p.358-366. - (2) Cfr. M.D'HERBIGNY S.I., Un Newman russe: Vladimir Soloviev, ed.6, Paris 1934. - (3) Sic fatetur BALANDS de Facultate Theologica Atheniensi, in articulo edito Athenis 1931; cfr. opus in honorem Chr.Papadopoulou, p.142-146, ad finem. - (4) M.D'HERBIGNY S.I., Eveques russes en exil; OC, n.67 (1931) p.146-149. - (5) Gh.ANDROUTSOS, Αρχαγαλητική τέχνη....., Athenis 1907, p.20. - (6) S.LEBEDINSKY, Compendium theologiae classicum, ed.2, Moscoviae 1805; TK.GORSKY, Orthodoxae Orientalis Ecclesiae Dogmata, etc. illam repetunt. - (7) TDCO, t.I, p.644 ss. - (8) De his cfr. M.JUGIE A.A., Histoire du Canon de l'Ancient Testament dans l'Eglise grecque et l'Eglise russe, Paris, 1909.

nem, a graecis quibusdam iam antea propugnatam sed incassum (1), inventum Prokopovicz (2), non obstante oppositione kioviensium, eandemque posteris mandavit. Illam retinunt russi, ob influxum Catechismi Philaretii, qui sententiam prokopovianam servavit, etiam post reformationem theologicam comitis Protasov. In Graecia vero vetus et recta sententia triumphat, etiam apud hodiernos, paucissimis exceptis.

Textus autem Sacrae Scripturae, si de Novo Testamento sermo fit, est textus graecus; sin vero de Veteri agatur, sententiae variant. Graeci, textum hebraicum silentio praetereuntes tenent canonicitatem Versionis LXX interpretum (3). In Russia vero alii, ut Gorsky-Platonov, hebraicum textum unum authenticum esse dicunt; alii, ut Theophanes Gregorov, textum LXX; opinio vero invaluit Philareti Drozdev (4) qui utrumque retinendum asserit, licet primas det versioni LXX. Ceterum, apud omnes slavos maxima habetur veneracione versio slavica perantiqua, quae SS. Cyrillo et Methodio tribuitur (5).

2. E Symbolis primum locum tenet Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, quod ab omnibus tamquam oecumenicum recipitur. A plerisque oecumenicum pariter agnoscitur Symbolum Athanasianum, graeca versione, nam latinam propter Filioque corruptam ducunt (6). Magno quoque favore gaudet Symbolum S. Gregorii Thammaturgi. E contra Symbolum Apostolorum ut privata fidei professio habetur (7).

Concilia autem oecumenica septem priora graeco-slavici lubenter admittunt. Septenarium autem conciliorum numerum retinentes, illis septem adiungunt Synodus Trullanam, quae Quini-sexta audit, necnon Synodus Photianam anni 879-880 (8). His accedunt canones Conciliorum particularium in Nomocanone relati.

Quaenam vero sit auctoritas Conciliorum facile conicies. Communis sententia eis concedit infallibilem auctoritatem in rebus fidei (9). Contrarium vero tenuit Prokopovicz (10), cuius doctrina, ad subiectum infallibilitatis translata, ad extremas usque conclusiones ducitur in coetu slavophilorum (11).

3. Patres autem a graeco-slavicis adhibentur ut testes Traditionis (12), neque tulla fit differentia, saltem per se loquendo, inter Patres Orientales et Occidentales. Quodsi in Theologia Byzantina s. IX-XV

(1) Nimirum a philoprotestantibus Lukari, Z. Gergano et Th. Critopoulos.

- (2) Christiana orthodoxa theologia, t. I, Leipzig 1792, p. 391 ss. - (3) P. DE MEESTER O.S.B., Etudes sur la théologie orthodoxe, t. I, Maredsous 1911, p. 3. - (4) PHILARET, Записки о догматических достоинствах и охранитель-

номъ употреблении греческаго и славянскаго переводъ Священнейшій Писан...

- (5) De his omnibus cfr. N. GLUBOKOVSKY, Русская богословская наука, Warsaw 1929, p. 26 ss. - (6) TH. PROKOPOVICZ, Tractatus de Processione Spiritus Sancti, p. 237-240. - (7) Plura invenies de Symbolis apud TDO, t. I, p. 281-400. - (8) TDO, t. I, p. 664 ss. - (9) Illam tradit FILEVSKY,

ученіе православной Церкви о священномъ Преданіи, p. 557. (11) Cfr. M. GORDILLO S.I., Concilia generalia ut principium conservationis fidei secundum conceptum Orientalium separatorum; Acta VI Conventus Velehradensis, Olomouci 1933, p. 134-145. - (10) Christiana Orthodoxa theologia, t. I, p. 267. - (12) MAKARY, Введение въ прав. Богосл., § 131.

latini Patres non adhibentur, id potius linguae ignorantiae vertendum est. Post Synodum vero Florentinam, sub influxu theologiae catholicae, saus Patrum Occidentalium invaluit.

Quae cum ita sint, verum sane dixit V.V.BOLOTOV dum scripsit desiderari theologiam orientalem veri nominis, quae Patribus orientalibus innitatur (1).

4. Denique attendendi sunt Libri Symbolici Ecclesiae Graeco-Slavicae, qui plures feruntur, non tamen aequali omnes momento donantur. Praecipios saltem indicavimus(2)

Confessio Fidei Petri Mogilae, elucubrata est ante annum 1640. Versio graeca a Meletio Syrigo perfecta, probata est a Synodo Iassen-si a. 1642 (3). Hanc tamen versionem Moghila ignoravit, quippe Syrigos nonnulla castigaverat immerito; id quod modo patet ex collatione versionis graecae cum texto originali latino (4). Auctoritas Confessionis Moghilae apud graecos et slavos quam maxime valet, exceptis liberalibus auctoribus (5).

Confessio Dosithei, Patriarchae Hierosolymitani, a Synodo Hierosolymitana anni 1672 sancita, edita primum est anno 1676 (6). Eius autem auctoritas non est adeo universalis neque eiusdem ponderis ac illa Petri Moghilae.

Catechismus Philareti, ab auctore anno 1839 castigatus - duabus enim primis editionibus prodiit erroribus Prokopovianis deturpatus - , a theologis russis generatim ut liber symbolicus. Graeci vero non ita bene de hoc Catechismo sentiunt (7).

Denique his accedunt Encyclica Anthymi VI a. 1848 (8) et Respon-sie Anthimi VII et ipsa Encycliae forma data (9), necnon aliae confessiones minoris momenti, ut illa Gennadii, et Responsa Ieremiae. Symbolicis autem libris non sunt ascribendae Confessiones Lukareos et Christopouli, quae tamen librorum Symbolicorum editionibus haud raro continentur(10).

Ceterum, tota haec quaestio de auctoritate qua gaudent Libri Symbolici apud Graeco-Slavicos, discussioni adhuc subiacet. Quare inter

(1) Cfr. V.V.BOLOTOV, Thesen über das "Filioque" von einem russischen Theologen; Revue Internat. de Théologie, 1898, p.686. - (2) Cfr. TDO, t. I, p.425-660; TDCO, t.I, p.671-682; CDE, II, PC, n.2, p.58-62. - (3) E.I.KIMMEL, Monumenta fidei Ecclesiae Orientalis, t.I, Jenae 1850, p.56 ss.; I.MICHALCESCU, Die Bekenntnisse...der griechisch-orientalischen Kirche, p. 29 ss. - (4) Illum publicis iuris fecerunt A.MALVY S.I.-M.VILLER S.I., La confession orthodoxe de Pierre Moghila. Texte latin inédit; OC, p.39 (1927). - (5) Cfr. TDCO, t.I, p.671-679 plura colligit de valore confessio-num Moghilae et Dosithei. - (6) E.I.KIMMEL, l.c., p.425 ss.; I.MICHALCESCU, l.c., p.160 ss. - (7) Cfr. apud B.LEMMING S.I., Anglican and Eastern Orthodox relations: Gregorianum, t.XIII (1932), p.551. - (8) MANSI, t. 40, p. 377 ss. - (10) Illae vero, ut iam dictum non est, una cum doctrinis graecorum exhibent pluras errores protestanticos. - (9) In graeca Ephemeride Ekklesiastiki Alétheia, 1895, p.241 ss.

quaestiones ab optata illa Synodo Pan-Orthodoxa definiendas recensetur illa: De valore Librorum Symbolicorum (1)

Art. III

De iis
quibus Ecclesia Graeco-Slavica a Catholica
discriminatur.

Summarius: 1. De elenchis "errorum Latinorum" primo schismatis tempore elucubratis. - 2. De quinque differentiis in Synodo Florentina dilucidatis. - 3. De differentiis ab auctoribus graeco-slavici modo commemorari solitis. - 4. De differentiis ab auctoribus catholicis recentioribus propositis.

1. Überdorem de iis discrepantiis catalogum invenies apud A. Palmieri (2), a quo nonnulla - quae mihi praecipua visa sunt, modo seligam. Ex Primo quidem tempore discrepantiae numero plures habentur.

Photius suis in scriptis, praesertim in Encyclica ad Orientales Thronos (3) Latinis exprobrat: a) doctrinam de Filioque; b) eius in Symbolum introductio; c) Primatus Romani Pontificis; d) Ieiunium Sabbati; e) Usus Lactis et casaei prima hebdomada Quadragesimae; f) Celibatus clericorum; g) Ius confirmationis impertienda episcopis reservatum.

Hic autem discriminum alenches valde augetur saeculo XI, quum in Epistula Caerularii ad Petrum Antiochenum (4) quae 22 numerat Latinorum "errores", tum in Opusculo contra Francos (5) quod ditius adhuc est. Verumtamen homo omnia, demptis Primatu, Filioque et Azymis, disciplinam canonicam et liturgicas respiciunt consuetudines. Quin, Theophylactus Bulgarus consuetudinibus ascribit - et quidem iure - Azymorum usum, ita ut unum remaneat "Filioque"; quum vel ipse Primatus idcirco Ecclesiae Romanae amplius non concedatur quia in falsam incidit doctrinam de Processione Spiritus Sancti (6).

Saeculis autem XII-XV novae proferuntur criminationes in Latinos; adeo ut nobis liceat 62 diversos "errores" enumerare (7). Ad dog-

(1) Haec est prima inter 18 quaestiones secundum programma a. 1930.-
(2) TDO, t.II,p.1-168. - (3) Epistula scripta fuit a. 867, invenitur PG, 102, 721-741. - (4) nn. 11-15; PG, 120, 789-796. Haec epistula, una cum Opusculo contra Francos in linguam russicam translata, odium concitavit in Latinos;cfr.TDO,t.II,p.26,not.1. - (6) PG, 126, 225 A.
- (5) Opusculum contra Francos editum est a J.HERGENROTHER, Monumenta graeca ad Photium eiusque historiam pertinentia, Ratisbonae 1869, p. 62-71. - (7) TDO,t.II,p.58-68

ma quod attinet duo accedunt, nimirum, de Purgatorio et de Epiclesi.

2. Ex his vero in Concilio Florentino quinque agitantur: De Spiritu Sancti Processione, de Filioque, de Purgatorio, de Azymis et de Romani Pontificis Primatu (2), omissa quaestione de Epiclesi (3).

Sic ortus quinarius ille numerus discrepantiarum, quae saepius recurrit in scriptis huius aetatis, tam apud catholicos, quam apud dissidentes graeco-slavicós (4). Non tamen defuerunt qui plures recensuerint, ut Meletius Pigas qui commemorat quoque epiclesin et communio-nem sub una specie (4) et Pedalion qui accusatio-nes in Latinos multiplicat.

3. Ut autem de recentioribus agamus, in Encyclicis Litteris Anthimi VI sermo quoque fit de baptismate per aspersionem; in Encyclica Anthimi VII a. 1895, crimina decem congeruntur: 1) Processio Spiritus S. a Patre et Filio, 2) Additio Filioque ad Symbolum, 3) Baptisma per aspersionem, 4) Azyma, 5) Epiclesis, 6) Communio sub unica specie, 7) Indulgentiae et Purgatorium, 8) Definitio dogmatis Conceptionis Immaculatae B.M.V., 9) Primatus Romanus, 10) Definitio infallibilitatis Pontificis Romani.

Haec sententia haberi potest ut communis graeco-slavorum, etsi eorum plures, saltem inter eruditos, existimant unum esse dogma de Primatu quod verum inter orientem et occidentem intervallum creat (5).

4. Denique si nostros auctores consulas, deprehendes discrimina omnia ad quinque capita Florentina reduci, additis duobus illis: de Immaculata Virginis Conceptione, et de Infallibilitate Pontifica prout illam definivit Concilium Vaticanum.

Verumtamen aliae sunt particulares opiniones, plus minusve communes, seu dissimilitudines in doctrina theologia, quas brevissime perstringit A. Malvy S.I. (6), ex ordine recensens Ecclesiae graeco-slavicae Ecclesiologyam, locos theologicos, de SS. Trinitate, anthropologiam, Christologiam, Mariologiam, Sacra menta singula, de Novissimis, quem ordinem et ipse retinebo.

(1) Definitionis Florentinae commentarium optimum scripsit theologus Concilii IOANNES A TURRECREMATA, Super decreto Unionis Graecorum in sacro sancto oecumenico Concilio Florentiae celebrato. Prima ed. Venetiis 1561. - (2) Ex. gr. GABRIEL SEVERUS, MAXIMUS PELOPONNESIUS, ELIAS MINIATIS notissimo suo opere Petra Scandali; e catholicis vero JOSEPH PLUSSIADENUS seu METHOMENSIS, etc. - (3) De Epiclesi decretum Unionis silent, agunt vero Concilii acta; cfr. MANSI, t. 31-A, c. 1003-1006; t. 31-B, 1686; PO, t. XVII, p. 426-434. - (4) cfr. TDO, t. II, p. 109. - (5) TDO, t. II, p. 160, not. 3. - (6) A. MALVY S.I., Les divergences dogmatiques entre l'Eglise Romaine et l'Eglise orthodoxe greco-slave; Nouvelle Revue Theologique, t. LI, (1924), p. 321-332, 400-425.

CAPUT III

DE
ROMANI PONTIFICIS
PRIMATU

In definienda Ecclesia, in eius constitutione declaranda, in explicandis notis et proprietatibus, Graeco-Slavi ea tradunt quae nostrorum auctorum animadversiones excitant (1).

Haec autem discrimina ab illo pendent, longe praecipuo de Primatu Romani Pontificis, ut iam antiqui notant auctores (2). Quare, attentionem ad Primatum totam convertimus; hac tamen lege ut controversiae historiam enucleantes et argumenta perpendentes, prae oculis habeamus reliquas quaestiones, praesertim eas quae ipsum de Ecclesia conceptum et Ecclesiae unitatem et catholicitatem respiciunt.

Art.I

Historia controversiae

Summarium: 1. Byzantinorum doctrina de Primatu ante Photium: canon 28 Chalcedonensis, theoria Pentarchiae. - 2. Argumenta contra Primatum tempore Photii et Caerularii. - 3. Polemica contra Primatum in theologia byzantina. - 4. Argumenta ab Ecclesia corpore Christi mystico desumpta: eorum origo protestantica. - 5. Argumenta historica recentioris aetatis - 6. Slavophili contra Primatum Romani Pontificis.

1. Testimonia SS. Patrum (3), orientalium recruxus ad Sedem Romanam (4), Concilia oecumenica (5) nobis exhibent antiquorum byzantinorum

(1) CDE, III; OC, n.8 (1924), p.91-110. - Cfr. ELIAM MINIATEN, Πέτρα σχανδάλου, ed. Athenis 1840, p.79. - (3) CDE, III, p.113-121; A. VOLKONSKY, Католичество и священное Преданіе, II: О Папѣ, Paris 1933, p.136-153. - (4) P. BERNARDAKIS A.A., Les appels au Pape dans l'Eglise grecque jusqu'à Photius; EO, 1903, p.30-42, 118-125, 249-257; P. BATIFFOL, Les recours à Rome en Orient avant le Concile de Chalcédoine; Revue d'Histoire Ecclésiastique, 1925, p.5-32. - (5) V. GRUMEL A.A., Le siège de Rome et le Concile de Nicée; EO, 1925, p.411-423; F. SEGARRA S.I., Intervenció del Papa al Concili de Nicaea; Analecta Sacra Tarragonensis, t. II, p.259-270; P. GALTIER S.I., Le Centenaire d'Ephèse: Rome et le Concile; Recherch. Scienc. Relig., 1931, p. 139-199, 269-298, etc.

sententiam de Primatu, quam paulo ante Photium confirmat S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus (1).

Duo tamen adsunt quae Primate nonnihil labefactant: Canon 28 Concilii Chalcedonensis et theoria Pentarchiae. Chalcedonenses, ex una quidem parte testimonia dant praeclarissima de Primate (2), ex altera vero haec dicunt canone 28 (3) quae Romano Primate nonnihil detrahere videri possunt; qua de causa S. Leo M. canonem approbare noluit (4). Byzantii vero canon saepius fuit adhibitus, praesertim a Iustiniano (5), et a Synodo Trullana, quae tanta gaudet auctoritate in Oriente (6).

Pentarchiae, cuius adumbrationem saltem nonnulli auctores reperiunt apud S. Theodorum Studitam (7), supremam Ecclesiae gubernationem attribuit Patriarchis collegialiter sumptis. Haec theoria, quae, separatione perfecta, a Byzantinis colitur impense et totum Orientem graeco-slavicum pervagata est (8) sese iam prodit in Concilio VIII oecumenico, nimirum, in orationibus habitis a photianis (9), etsi hoc tempore Pentarchia paucorum opinio fuerit.

2. Photius, sua contentione cum S. Nicolao Papa, fatus canohe 28 chalcedonensi, Primate dixit ab antiqua ad novam Romanam migrasse, ut eruitur ex litteris S. Nicolai Papae (10). Quodsi Photio concedendum sit opusculum "Ad eos qui dicunt Romanum primum esse thronum" (11), dicendum erit Photium divinam tollere originem Primate, quem auctor opusculi derivat a decreto Aurelianii imperatoris et a iure ecclesiastico seu conciliari.

Caerularius autem directe impedit infallibilitatem fidei Romanae (12); putat enim Romanum Pontificem, propter Filioque, in haeresin indi- disse, ac proinde sua privari auctoritate. Hisce vero respondent quae habentur apud S. Leonem IX, qui totus est in viddicanda infallibilitate romana.

(1) Apologeticus pro sacris imaginibus; PG, 100, 597. - (2) Cfr. MANSI, t. VII, cc. 971, 1047, 105A, 1055, etc., neconon orationem quam habent ad Legatos; ibid., c. 452, 453. - (3) MANSI, t. VII, c. 369-370; institue collationem textus canonis chalcedonensis cum canone 3 Concilii Constantinopolitani I; MANSI, t. III, c. 959-960. - (4) Cfr. S. Leonis litteras, PL, 54, 991-1009. Argumentum pulchre evolvit J. D'HERBIGNY S. I., Theologica de Ecclesia, ed. 3, t. II, p. 160-162 et TH. HARAPIN O. F. M., Primate Pontificis Romani in Concilio Chalcedonensi et Ecclesiae dissidentes, Ad Claras Aquas 1923, p. 116 ss. - (5) Novella 131, cap. II. - (6) MANSI, t. XI, 959; t. XII, 47. - (7) Cfr. PG, 99, 1280, 1281, 1305, 1417, 1420... Setentiam Theodori Studitae pluribus declarat S. SALAVILLE A. A., Quae mens fuerit S. Theodori Studitae de Beati Petri deque Romani Pontificis Primate; Acta II Conventus Velehradensis, Pragae 1910, p. 123-134; De "quinivertice ecclesiastico corpore" apud S. Theodorum Studitam; Acta Academiae Velehradensis, t. VII (1911), p. 177-180; La Primaute de Saint Pierre et du Pape d'après Saint Théodore Studite; EO, 1914, p. 23-42. - (8) Theoria Pentarchiae a graecis et slavis, una alterave ratione colitur usque ad saeculum XVII; postea vero deserit. - (9) MANSI, t. XVI, 317, 344; cfr. 140-141. - (10) PL, 119, 948, 1157. - (11) Rationes cur Photio tribuatur vide apud J. HERGENROTHER, Photius Patriarch von Konstantinopel, t. III, p. 171 s. - (12) Panoplia, cap. 32-38; apud A. MICHEL, Humbert und Kerullarios, t. II, Paderborn 1930, p. 248-256.

3. His duobus - origine auctoritatis et infallibilitate - continentur quaecumque a graeco-slavis dici solent contra auctoritatem Romani Pontificis primo schimatis tempore; quare, et illa sollemniter definita voluit Concilium II Lugdunense (1).

Quoniam vero pacto byzantini sententiam suam proponant, satis patet ex disputationibus Ioannis et Nicolai Mesarites (2), qui praeter argumenta opusculi ad eos qui dicunt Romanum primum esse thorum, in eo insistunt: Romanum Pontificem minime habendum ut successorem Apostoli Petri (3); quod argumentandi genus subtiliter adhibet Nilus Cabasilas in opere "De causis dissensionum in Ecclesia et de Primatu Papae" (4).

4. Saeculo autem XVII in medium profertur argumentum ex doctrina de Christo capite Ecclesiae deductum, perinde ac si ipso facto excludatur visibile caput.

Primus, ni fallor, hanc obiectionem movit Meletius Pigas (5); postea vero illam tradunt auctores plures (6) et Libri Symbolici Moghila et Dosithei (7). Praesertim vero hanc urgent rationem theologi philoprotstantici: Zacharias Gerganos (8), Metrophanes Critopoulos (9), aliique. Nec mirum, cum argumentum haustum sit e Confessionibus Novorum, quemadmodum infra dicemus et aperto dicit Damalas (10).

Quod si recentiores consulas, facile tibi persuadebis argumentum de Christo capite Ecclesiae primum locum tenere inter argumenta theologica contra Primatum (11).

5. Simul vero frequentatur argumentatio historica, praesertim in Rudsia. Illam adhibent Primatui impugnando K. N. Muravie (12) et N. Brovkovitch (13) aliique iam ante Concilium Vaticanum. Post annum vero 1870 auctores separati praesidium quaerunt in elucubrationibus Vetero-catholicorum contra Primatum.

Inter impugnatores dogmatis catholicci primum locum facile obtinet N. J. Bieliaev, cuius scripta omnia contra Primatum Romanum direc-

(1) MANSI, t. XXIV, c. 72; DENINGER, Enchiridion, n. 406. - (2) Disputationes repergit et edidit A. HEINEMEYER, Neue Quellen zur Geschichte des lateinischen Kaiseriums und der Kirchenunion; Sitzungsberichte der Bayer. Akad. d. Wissensch., Philos.-Philol. und histor. Klasse, 1922, 5 Abhandl. - (3) l.c., p. 22-25; cfr PG, 140, 487-574. - (4) PG, 140, 685-729. - (5) Λόγος τούτος τίς ἐστιν ἡ ἀληθής καθολική Ἑκκλησία καὶ πότισμα ἐστιν ἡ γνησία καὶ ἀληθής κεφαλὴ αὐτῆς . Apud Dositheum, Τόμος χαρδῶν, p. 568 ss. - (6) Cfr. TDO, t. II, p. 113-120. - (7) A. MALVY S.I.-M. VILLER S.I., La Confession orthodoxe de Pierre Moghila; OC, n. 39 (1927), p. 4; E. I. KIMEL, Monumenta Fidei Ecclesiae Orientalis, t. I, p. 436 ss. - (8) Χριστιανική Κατηχησίς, Wittembergae 1622, p. 147-149. - (9) I. MICHALCESCU, Die Bekennnis... der griechisch-orientalischen Kirche, p. 251 ss. - (10) Συνβολικὴ τῆς ὁρθοδόξου ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, t. IV, p. 43 s. - (11) Cfr. PHILARETUM MOSCOVIENSEM, катихизисъ, ed. Moscoviae 1914, p. 44, et eiusdem Изложени е разности между восточното и западното Церкви въ учение върху; чтенія истор. и археол. Общества, t. I, fasc. 1, p. 31-44. - (12) Правда вселенской Церкви о римскомъ и прочихъ патриаршихъ кафедрахъ Petropoli 1841. - (13) Разборъ римскаго учения о видимомъ главенствѣ въ Церкви на основаніи Св. Писанія и Преданія первыхъ вѣковъ христіянства; Христ. Чтен., 1852, II; 1852, I-I.

ta sunt (1). Nostro vero tempore historica quaeque contra Primatum congerit Chrysostomus Papadopoulos (2).

6. Denique, apud plures hodiernos auctores urgetus oppositio inter Primatum Romanum et notionem ipsam Ecclesiae Christi. Recta, videlicet, ac germana notio de Ecclesia Christi nonnihil obscurari iam coepit saeculo XVIII, in schola Prokopianiana, sub influxu conceptus protestantici (3). Huius opinionis reliquiae in theologia ipsa reformata comprehenduntur (4); illam vero impense colunt et evolvunt Slavophili.

Putantes conceptum de Ecclesia apud catholicos depravatum esse (5), ipsi novam inducunt Ecclesiae speciem. Ecclesiae enim natura est synthesis quaedam spontanea et intima unitatis et libertatis in caritate, a qua excluditur prorsus Primatus ut principium conservativum unitatis Ecclesiae. Praeterea Primatus sese opponit Ecclesiae catholicitate, quam ipsi "Sobornost" dicunt. Verum de his aliquantulum fusius ad finem huius capituli.

Quae dicta manent sufficient ad ostendendum sententiam graeco-slavorum de Primatu Romano variis fulciri decursu tempore argumentis: canonicis, theologicis, historicis, Illa omnia singillatim considerare nobis non licet; quare selecta quaedam argumenta seligimus.

Art.II

"Tu es Petrus"

Summarium: 1. Testimonia Evangelica de Primatu. - 2. Graeco-slavi de textu S.Matth., XVI, 16-18. - 3. Eorum interpretatio S.Ioanh., XXI, 15-17. - 4. Doctrina catholica corroboratur traditione ecclesiastica - 5. et Liturgiis Orientalium.

1. Dogma catholicum de Primatu nititur testimonis Evangeliorum, quemadmodum ecclesiastica habet Traditio et Concilium Vaticanum sollemniter promulgavit (6).

Graeco-slavi non audent pronunciare textum S. Mathhaei interpolatione auctum, textum autem S. Ioannis spurium esse, quam opinionem

(1) Cfr. E.BUDRIN, Н. Я. Бъляевъ (Некрологъ); Православный Собесѣдникъ 1894, т. III, p. 259-265. - (2) Τὸ πρωτεῖον τοῦ ἐπισκόπου Ρώμης, Athenis 1930. - (3) Vide, ex. gr. THEOPHYLACTUM GORSKY, Orthodoxae Orientalis Ecclesiae Dogmata, ed. Moscoviae 1831, p. 270; cfr. TDCO, t. IV, p. 278 ss. - (4) Videlicet conceptum Ecclesiae nonnihil prokopianum retinuit Catechismus Philareti Mosoviensis, a quo recentiores omnes dependent. Quare, non sine ratione graeco-slavi asserunt se medium in definienda Ecclesia tenere viam inter Protestantes et Catholicos; cfr. S.BULGAKOV, Очерки учения о Церкви; Путь, 1925, p. 53 s. - (5) A.KHOMIAKOV, L'Eglise Latine et le Protestantisme, p. 119. cfr. A.PAWLOWSKI, Idea Kościoła w ujęciu Rosyjskiej Teologii i Historjozofji, Warszawa 1935, p. 41 ss. - (6) Constitutio Dogmatica I de Ecclesia Christi, cap. I-III.

excludunt vel ipsae orientales versiones, quae utrumque locum fideliter referunt. Locis autem admissis, ea variis subdunt interpretationibus, a catholica diversis.

2. Contra Primatus promissionem graeco-slavorum sententia est: textus interpretatio dubia est atque anceps; ergo nihil valet (1), saltem ut argumentum certum.

Iam si quaeras quas ipsi adament declarationes, dices, una dempta catholica interpretatione, reliquad omnes aequo iure admitti, ut expresse docuit episcopus Mihail (2). Communius vero textus accipitur de recta fide S.Petri, ut volunt Anthimus VI et VII in eorum Encyclicis(3) et eleganti sermone explicat Philaretus Moscoviensis (5). Alii, ex eo quod Petrus efferatur genere masculino, femineo vero petra, malunt Petram de Christo accipere; quae mens fuit Meletii Piga (6), Gabrielis Severi (7) et recentius A.Lebedev (8). Ad utramque autem opinionem corroborandam textus patristicos colligunt auctores, praesertim N.Bieliaev(9)

3. Textum S.Ioannis nonnulli auctores parvi pendunt (10); generatim vero illum ita accipiunt ut nihil aliud hoc testimonio significetur nisi restitutio B.Petri ad munus apostolicum (11). Hac de causa, causa, quia triplici negatione a sua deciderat potestate, ter Dominus eum rogat: Petre, amas me? (12).

Hanc interpretationem confirmat S. Suschkov ex eo quod verba illa: pasce agnos meos... Salvatör dixit coram sex tantum apostolis, absentibus aliis, qui pariter certiores fieri debuissent (13).

4. Quoniam vero pacto nostri theologi haec interpreantur Evangeliorum loca, vide apud probatos auctores. Nostra tantum refert: a) ostendere doctrinam catholicam confirmari, quum traditione, b) tum liturgiis orientalium.

Ad traditionem quod attinet, licuit sane Vlodimiro Soloviev, "tamquam membro verae et venerabilis Ecclesiae Orthodoxae Orientalis,..quae voce utitur amplissimorum suorum Patrum et Doctorum", apostolum Petrum,

(1) N.GLUBOKOVSKY, Papal Rome and Orthodox East; The Christian East, 1923, p.183. - (2) *Толковое Евангелие*, ed.6, Kioviae 1899, t.I, p.313. - (3) MANSI, t.40, p.393; *Εκκλησιαστική Αληθεία*, 1895, p.245. - (5) Concilio 6 Septembris 1825; cfr. eius *Сочиненія* t.II, p.407-409. Haec sua faciunt еркемерides *Христіанське Чтеніє*, 1895, t.II, p.80-82. - (6) *Ὀρθοδόξος διάσκαλός μαχαρικανικούς καὶ ξακουσκούς* ed.2, a. 1769, p.137 - (7) *Πρὸς τῆς Β' διαφορῆς*, ed. Constantinopoli 1627, p.8. - (8) О зданистv Папы, Petropoli 1903, p.236. - (9) О Католицизмѣ, Kazanii 1889, p. 77 ss. Ceterum auctor magis inclinat in sententiam quae tenet sermonem hic esse de Christo Domino; cfr. o.c., p.82. - (10) Hoc pacto se gerit in suo compendio theologicō CH.ANDROUTSOS, *Δογματικὴ τῆς ὁρθοδόξου ἀνατολικῆς Εκκλησίας*, Athenis 1907, qui de uno loco S.Matthaei verba facit. - (11) Cfr. CDE, III, p.49; TDCO, t.IV, p.357 s. - (12) Sic plures, ex. gr. N.MALINOVSKY, *Очерк православного догматического Богословия*, t.II, p.112-113. - (13) S.SUSCHKOV, *Противъ лжеученія о вселенскомъ гла-внствѣ римской церкви*, Petropoli 1891, p.41.

qui in suis vitit successoribus, Ecclesiae fundamentum salutare ac Pastorē supremū(1). Recta enim et catholica interpretatio traditur ab Orientalibus Patribus, ut S.Ephrem Syro (2), Aphraate (3), Origene (4), S.Cyrillo Hierosclymitano (5), S.Cyrillo Alexandrino (6), S.Gregorio Nysseno (7), S.Ioanne Chrysostomo (8) de quo consulendum est opus Cardinalis Marini (9).

Adde apud Byzantinos ante Photium interpretationem S.Ioannis, XXI,15-17, rectam vigere, quam vel saeculo XII tradidit Euthymius Ziegabenus (10). Quodsi non raro auctores videntur testimonio de Primitus collatione libenter uti, abstinere vero a textu S.Matthaei de eiusdem promissione, id tribui debet potius filiis causis, praesertim variis quae tunc temporis Byzantii ferebantur interpretationes (11), minime vero concludere exinde licet catholicam interpretationem ignorari, vel reici.

Quinimo vel ipse Photius interpretationem S.Mathhaei XVI,18 de Petro apostolō novit et probavit, ut eius quae servantur scripta satis declarare videntur (12). Utrum vero aliquando privilegium S.Petri in dubium vocarit, et textum Mathhaei de Petri confessione acceperit, non constat (13).

5. Quae vero de Petro Sacra habent Evangelia Liturgiae Orientalium luculenter confirmant. Liturgia Syria ad officium SS.Petri et Pauli Mathhaeum 16.18 saepissime adhibet: "Beatus es Simon... Tu enim es firmitatis petra, teque uerum fundamentum Dominus tuus constituit Ecclesiis suis...". Liturgia autem Nestoriana: "Ecclesia aedificata est super te, quia tu es petra firmissima". Liturgia Armena: "Dominus Deus noster, qui nomen S.principalis Apostoli Petri vocasti Petram et super eum aedificasti universam Ecclesiam", etc. (14)

Hisce vero consonat Liturgia Byzantina, quae S. Petrum immulat titulis, deductis ab interpretatione recta testimonii S. Mathhaei. Di-

(1) V.SOLOVIEV, La Russie et l'Eglise universelle, ed.4, Parisiis 1922, p.LXVI. - (2) Serm.4,n.1;ed.Lamy,I,412; De Abraham Kidunaia,Hymn,5,n.13;ibid.,III,784. - (3) Demonstrat. 21,n.13, Demonstrat.10,n.4;ed.Pariot,K,965,451. - (4) In Epist.ad Roman.,1.5,n.10;PG,14,1053. - (5) Cathechesis 11,3;PG,33,694. - (6) In Matthaeum 16.18; PG,72,423.- (7) O ratio in S Steph.;PG,46,734. - (8) In Icannem hom.88,n.1;PG,59,478. - (9) Card.N.MARINI,Il Primato di S.Pietro e de'suoi successori in San Giovanni Crisostomo, ed.2,Roma 1922,p.32 ss.,66 ss. - (10) Commentar. in Icannem,21,15 ss.;PG,129,1496 ss.; cfr. ibid. 324,465,484,496,1081,1500,etc. - (11) Hac de re confer articulos Dr.Fra A.GUBERINA O.F.M., De conceptu petrae Ecclesiae apud ecclesiologiam byzantinam; Bogoslov-ska Smrta, t. XVII (1929),p.345-366; t.XVIII (1930),p.145-174,307-317, qui tamen conclusiones suas tamquam probabiles proponit. - (12) Quaestio ad Amphil.194;PG,101,934; Homilia Teria VI in Paraskeve;edit.Aristarchis,t.I,p.481-482. - (13) Id praestat oposculum "ad eos qui dicunt Romam primum esse thronum",quod utrum sit Photii necne non constat. De mente Photii cfr.M.JUGIE,A.A.,Photius et la Primaute de S.Pierre et du Pape,Romae 1921, - (14) A.GUBERINA O.F.M.,l.c.,p.371-374.

citur enim S. Petrus Petra, Petra expers ignominiae, Petra ecclesiastica, Petra fidei, Fundamentum fidei, Fundamentum Ecclesiae, Supremum Fundamentum Apostolorum, etc. (1).

His adde in Libris Liturgicis Byzantinis plurimum Romanorum Pontificum festa agi; p̄ta, SS. Sylvestri, Leonis M., Gregorii M., Martini I et Clementis, quos successores S. Petri efferunt (2). Sic, ut exemplo utar, in festo S. Martini I, ad Laudes: "Decorasti, Martine, Petri divinam sedem, et divinā illius petrā Ecclesiam immaculatam conservasti" S. Leo M. laudatur "ut Petri successor, illius praesidentia seu primatus ditatus"; etc.

Quae omnia graeco-slavicis persuadent fidem catholicam de S. Petri et Romanorum Pontificum Primatu, quam plures, saltem primis saeculis post separationem inter separatos profitentur (3), et quidem ob auctoritatem textuum evangelicorum quibus primatus promittitur et confertur.

Nam revera, si de Mathhaeo 16.18 agitur, ille adeo appareat inconcussus ac evidens lumine traditionis graeco-slavicae inspectus, ut nullum dubiis effugium relinquit, quemadmodum animadvertis Soloviev (4). Ad textum vero S. Ioannis quod spectat, illo innixus S. Cyrillus, vel quicumque fuerit acutor scholiorum slavorum ad canonem 28 chalcedonensem (5), avitam Orientis fidem tuetur contra cavillationes quorundam byzantinorum.

Art.III

Doctrina de de Ecclesia Corpore Christi mystico et Primatus Romanus

Summarium: 1. Quid hoc articulo intenditur. - 2. Catholicī falso accusantur de ignorantia huius doctrinae; .. 3. quam graeco-slavi non nisi orto iam Protestantismo usurpare incipiunt. - 4. Argumentum contra Pr̄matum a doctrina de Christo capite Ecclesiae petito. - 5. Eius apta solutio.

1. Supponimus omnibus innotescere quid valeat et quid significet

(1) C.TONDINI, La Primauté de saint Pierre prouvée par les témoins que lui donne l'Église russe dans sa Liturgie, Paris 1867. Contra Patrem Tondini praecepit dirigitur articulus: N.JASTREBOV, Идея папского гла-голевства, защищаемая на основании богослужебных книг православной Церкви; Труды Киевской Духовной Акад. 1878, т. II, р. 531-564; т. IV, р. 3-38, 451-494. - TDCO, т. IV, р. 375-378; cfr. eiusdem M. JUGIE A.A., De B. Petri Apostoli Romanique Pontificis Pr̄matu a theologis byzantinis etiam post schisma consummatum asserto, necnon in Libris Liturgicis Ecclesiae byzantinae aperte consignato; Angelicum, 1929, p. 47-66. - (3) M. JUGIE A.A., artic. laudato. - (4) V.SOLOVIEV, La Russie et l'Église Universelle, ed. 4, Paris 1922, p. 87-88, 93. - (5) Scholiorum textum recole apud TDCO, т. I, p. 225 ss;

Ecclesiam esse Mysticum Christi Corpus; hisce enim dilucidandis theologi nostri sedulo incumbunt (1).

Porro doctrina de Ecclesia Corpore Mysticō cuius caput est Christus duabus de causis catholicos inter et graeco-slavos intervallum creat; videlicet et quia haec doctrina a catholicis neglegitur (2), et quia falsa ducti opinione catholici - ut aiunt (3)-dum inducunt caput visibile Romanum Pontificem, Christum omni in Ecclesiam capitali aetate privant. Utrique vero obiectioni satis facere operae pretium duc.

2. Enimvero theologiae nostrae historia luce clarius testatur scriptoribus catholicis volupe semper fuisse de hac doctrina quaestio- nem instituere. Nam a) prisci scholastici, ut Abaelardus, Hugo a S.Vic- tore, Alexander Halensis, S.Bonaventura, Richardus a Mediavilla, S.Thomas praesertim (4), repetito et data opera hac de re tractante consueverunt; quippe Corpus mysticum est veluti centrum tctius ecclesiologie scholasticae. b) Pari via procedunt primi illi auctores Summarum de Ec- clesia, videlicet, Iacobus a Viterbo, Icannes a Turrecremata, aliique. c) His vero consonant documenta ecclesiastica, nimur, Bulla Bonifa- tii VIII(5), Florentinum Decretum pro Armenis (6), Tridentinum Conci- lium (7), Synodus Vaticana (8). d) Denique non desunt vel auctores re- rentiores de Ecclesia qui in eorum manualibus pluribus agant de Corpo- re Mysticō, ut Cardinalis Franzelin (9), episcopus D'Herbigny (10), Prae- latus F.Grivec (11). Monographiae autem in dies multiplicantur.

Quodsi saepius in tractatu de Ecclesia iam a tempore S.Roberti Bellarmini hoc doctrine caput desiderari; id quod tribuendum est in- doli et scopo tractationis, speciem extrinsecam, socialem, Ecclesiae contra Novatores vindicantis (11).

3. Iam si ad graeco-slavos te convertas, deprehendes Photium vo- care quidem Ecclesiam "Christi thalamum" (12), vocare et "sponsam (13), sed ne men quidem Corporis mystici usquam usurpare. Idem valet de re liquis auctoribus ante saeculum XVII vel finem saeculi XVI (14).

auctorem si quaeras horum scholiorum, scito plures esse sententias in- ter doctos. PAVLOV qui scholā edidit, ea putat graeci cuiusdam esse quo S.Methodius usus est; JUGIE eorum auctorem dicit S.Methodium; cfr. Bessarionem 1918, p.53; GRIVEC autem S.Cyrillum; Byzantinische Zeitsch- rift, 1929, p.287-294; DVORNIK, Les légendes..., 1931, p.304, sequutus N. P.RUTKOVSKIJ; Seminarium Kondakovianum, III (1929), p.149-168, ea attri- butuit monasteriis graecis Italiae, paulo post mortem S.Methodii. - (1) Cfr. E.MURA, Le Corps mystique du Christ. Sa nature et sa vie divine, Pa- ris 1934. - (2) N.MALINOVSKY, Очерк православного догматического Во- гословия, t.II, p.106 s. - (3) A.LEBEDEV, С главенством Папы, p.37. - (4) Cfr. M.GRABMANN, Die Lehre des hl.Thomas von Aquin von der Kirche, p.194- 266; J.ANGERS, La doctrine du Corps mystique de Jésus Christ d'après les principes de la théologie de Saint-Thomas, Paris 1929; E.MERSCH S.I., Le Corps mystique du Christ, t.II, Louvain 1933, p.150-279. - (5) ES, n.468. - (6) ES, n.696; - (7) ES, nn.875, 895. - (8) MANSI, t.51, c.539. De senten- tia Concilii Vaticani cfr. E.MERSCH, c.c., t.II, p.329 ss. - (9) Theses de Ecclesia, th.XVIII, p.293-311. - (10) Theologica de Ecclesia, t.I, p.115- 123. - (11) Cerkev, Ljubljana 1925, p.80-125. - (12) PG, 102, 353. - (13) PG, 102, 656. - (14) Haec dicta accipe hac lege, nempe, etsi in Commen- tariis ad S.Patrum, ut par est, illam doctrinam respiciant, ea non ut- tuntur in polemica contra Catholicos, neque in Ecclesiologia explananda.

Primo tempore haec doctrina contra Primatum adhibita appetet ad finem saeculi XVI. Illius meminit Skarga in controversiis de Synodo Bresteni (1), illam invenimus apud Meletium Pigam, Zachariam Gerganon, Metrophanem Critopnulon... (2) aliosque.

Hi vero omnes philoprotstantici sunt; quare suspicio critur illos a Protestantibus hanc doctrinam mutuasse. Id asserit Mescloras (3), qui fontes orthodoxorum doctrinæ nobis detegens, alludit ad Catechismum Lutheri (4), Apologiam Confessionis Augustanae (5), Confessionem Helvetica posteriorum (6), etc.

Item, ut diximus, articulo I, haec consideratio Corporis Mystici in polemica contra Primatum communis evasit. Recurrit enim argumentum in Confessione Moghilae, Catechismo Philaretii, etc. (7), et praesertim in operibus Slavophilorum qui omnes praetergressi sunt limites (8).

4. Hoc autem argumentum iure ducitur præcipuum argumentum theologicum contra Primatum (9). Ut par est, in illo proponendo graeco-slavici nequennt vestigia praemere Novatorum, qui præconcepcta opinione ducti de invisibilitate Ecclesiae, unum eius caput invisible agnoscunt, visible autem respouunt. Cum vero id ab auctoribus graeco-slavicis non admittatur, alia ipsos ratione uti necesse est. Eorum argumenta bene colligit F. Grivec (10):

I. Mortalis homo esse nequit caput Ecclesiae; quia a) in regiones adeo inter se dissitas influere non valet, b) semel admisso capite visibili e medio tollitur omnis influxus Christi, c) adeoque Ecclesia defectibilis redderetur; omnis quippe homo peccatis obnoxius est.

II. Caput visibile destruit unitatem corporis ecclesiastici, quod iam non unum sed duo haberet capita.

III. Unica Christi Ecclesia complectitur non solum homines viatores, sed et beatos et angelos; atqui horum omnium caput hominem dicere quis audet? (11).

Fundamentum vero quod subest hisce agumentationibus illud fere dixeris: 1) Christus, ut caput Ecclesiae, nequit suam potestatem cum homine communicare; 2) Catholici autem sic accipiunt plenitudinem potestatis Romani Pontificis, Christi in terris Vicarii, ut Christum prevent immediato influxu in Ecclesiam.

(1) Synod brski: obrona synodu brzeskiego, p. - (2) Cfr. supra ad paginam 21. - (3) Συμβολικὴ τῆς ὀρθοδόξου ἀνατολικῆς Ἑκκλησίας; t. IV, p. 43 s. - (4) Cfr. J. T. MULLER, Die Symbolischen Bücher der evangelisch-lutheranischen Kirche, ed. 5, Gütersloh 1882, p. 457. - (5) Ibid., p. 152, 154, 158. - (6) Cfr. A. NIEMEYER, Confessiones Reformatorum et Puritanorum, Lipsiae 1840, p. 501 ss. - (7) Confer supra ad paginam 21. - (8) De iis praesertim valet quod animadvertisit Th. SPĀČIL S.I., CDE, III, p. 56, nimis momentum huius doctrinae exagerans socialem formam Ecclesiae neglegunt. - (9) TH. SPĀČIL S.I., Christus caput corporis mystici Ecclesiae; Bessarione, 1920, p. 147. - (10) Doctrina Byzantina de Primatu, et de Unitate Ecclesiae, Ljubljana 1921, p. 70-72. - (11) Cfr. prae aliis M. CRITOPOULON, apud I. MIHALCESCU, Die Bekenntnisse... der griechisch-orientalischen Kirche, p. 251 s.

5. Responsio his argumentis datur primo quidem indirecta seu ad hominem: Graeco-slavici admittunt Ecclesiae gubernationem traditam A-piscopis fuisse; sic enim exordiuntur fere omnes cum Makary et Philaret in tractatu de Hierarchia. Hoc autem semel admisso, mihi dicas velim quid interest an forma supremi regiminis monarchica sit vel conciliaris?. Nec nimium commoveri eos cōportet vocabulo "Caput Ecclesiae" quod Florentinum Concilium (1) et Vaticana Synodus (2) Romano Pontifici decernunt; nam et apud illos episcopi haud raro dicuntur capita (3); quinimo et Nilus Cabasilas hoc nomen "caput" Romani Pontifici sine negotio ascripsit (4).

Argumentum sine controversia vim obtinet. Illud tamen effugiunt graeco-slavici ~~dixerint~~ paritatem negantes. De illorum enim sententia nullus episcoporum sē dicit totius Ecclesiae caput, id quod Christi capit̄ insigne est; nullus sibi vindicat plenitudinem potestatis quae uni Christo convenit. Opportunum igitur erit si ad argumenta separatorum responsio detur positiva et directa.

Et licet doctrina datholica constans sit, lubet illam repetere a Iacobo a Viterbo, ut pateat illam antiquam esse et ab hac cum orientalibus controversia independentem.

Iacobus docet (5) in Deo adesse potentiam incommunicabilem - creativam - et communicabilem - ut est gubernatio -, quam de facto Deus trābuit societati, quum naturali, tum supernaturali simul et visibili quae est Ecclesia.

Attamen vel in ipsa potestate quae cum hominibus communicatur, Christus sibi servat principaliatatem et excellentiam. homo vero tantum obtinet secundarium ministerium (6).

Quae cum ita sint, facile infertur nullam dari repugnantiam, neque ex parte potestatis ipsius, neque ex immediato Christi influxu, quomodo sit in terris universalis Christi Vicarius; hoc enim munus, nedum quidquam detrahat dignitati et actioni Christi Domini, ei quam maxime inservit (7). Oportet enim ut Ecclesia hac visibili universalis potestate gaudeat, ad hoc ut actio Christi, universam Ecclesiam in unum corpus unientis, ad effectum perducatur; quippe haec actio Christi unitatem illam visibilem quae propria est Ecclesiae, non obtineret, si visibile caput deesset.

(1) ES,n.694. - (2) ES,n.1823. - (3) Cfr. P.MOGHILA, Orthodoxa Confesio Fidei; ed.A.MALIVY-M.VILLER,OU,n.39 (1927),p.49. Et iam antea SYMEON THESSALONICENSES, Adversus Haereses; PG,155,120. - (4) PG,149,728. - (5) De Regimine Christiano, ed.ARQUILLIERE, Lr plus ancien traité de l'Eglise, Paris 1926, p.163 ss. - (6) Ibid., p. 170. - (7) M.D'HERBIGNY S.I.,De Corpore Mystico; Acta I Conventus Ljubljanae 1925,p. 27.

Art. IV

Ecclesiae notio
et Romanorum Pontificum
Primatus

Summarium: 1. Graeco-slavi contra definitionem Ecclesiae a catholico traditam. - 2. Ecclesiae natura ad mentem Slavophilorum. - 3. Primatus Romanus et "Iuridismus" ecclesiasticus. - 4. Primatus Romanus et "Sobornost".

1. Per se patet a graeco-slavicis reprehendi definitiones catholicorum, propterea quod in eis expressa mentio fiat Romani Pontificis eiusdemque supremae auctoritatis (1). Sed putant sub influxu dogmatis de Primatu apud catholicos germanam Ecclesiae notionem quodantenus obscurari.

Id autem sese prodit in eo quod, neglectis iis quae magis interiora sunt et intima in Ecclesia, ea efferantur quae extrinsecam et socialem Ecclesiae vitam respiciunt. Hoc ut ostendant, adducunt definitionem a S. Roberto Bellarmino propositam (2), necnon commentarium eiusdem auctoris: "Ecclesia est coetus hominum ita visibilis et palpabilis ut est coetus populi Romani vel Regnum Galliae aut Respublica Venetorum" (3) quae verba saepius recurrent in commentariis orthodoxorum (4), exaggerantium eorum sensum quem S. Robertus Bellarminus apte temperat, his quae immediate subiungit de corpore et anima Ecclesiae.

Ceterum, definitio Bellarminiana comprehendit minimum quod requiritur ut quis ad Ecclesiae corpus pertineat, prout ipse animadvertis auctor (5), secum fert sequelas quas non omnes nostri theologi aequa admittunt, ut iure animadvertis theologus Vaticanus I. Kleutgen (6), qua de causa haec definitio non fuit inserta schemati Vaticano de Ecclesia.

Sin autem graeco-slavici attente considerent conceptum de Ecclesia apud priscos vigentem scholasticos, quibus sollempne erat Ecclesiam definire: "Congregatio omnium fidelium" (7), vel si oculos vertant ad Constitutionem I de Ecclesia, a Concilio Vaticano approbatam (8); darent non posse catholicos xmarqui de neglecta intrinseca natura

(1) Cfr. e.g., K. L. M. V. I., Очерк православного догматического Богословия, т. II, п. 106. - (2) Controvers., т. II, с. 100. - (3) Ibidem. - (4) Haec S. Roberti Bellarmini verba adhibent, ex. gr., PHILARETUS GUMILEVSKY, Православное догматическое Евхаристие, paragr. 292 ad finem; S. BULGAKOV, Очерки учения о Церкви ; Путь , 1925, p. 54; aliique. - (5) Controv. t. II, c. 101. - (6) Cfr. eius sententiam circa postulatum nonnullorum Partium volentium expressam fieri mentionem huius definitionis apud MANSI, t. 53, c. 317 s. - (7) Cfr. M. GRABMANN, Die Lehre des hl. Thomas von Aquin von der Kirche, p. 81 ss. - (8) MANSI, t. 53, c. 309.

Ecclesiae propter dogma de supra Romani Pontificis potestate; hoc enim unum dicimus: "quo magis hcc regnum divinum est eo minus Dei Filius illud informe reliquit"(1)

2. Oppositio autem viget inter Primatum et conceptum slavophilorum de Christi Ecclesia, Khomiakov autem suam de Ecclesia ideam, quam a catholica toto cælo discriminari docuit (2) nusquam ad formalem definitionem redegit (3); quare eius commentatores et discipuli studiose colligunt sententias khomiakovianas quae naturam Ecclesiae quadantibus illustrant.

Plures sane obscurissimæ sunt; aliae vero magis ad definitionem accedunt, ut est illud dictum: Ecclesia est unitas quaedam organica cuius principium vitale est gratia divina mutui amoris" (4). Quid vero lateat his verbis fusius declarat N.Bierdiaev (5), cuius sunt verba: "Ecclesia est unitas in amore et libertate, Ecclesia non est institutio, non est auctoritas. In Ecclesia nihil habetur iuridicum, nihil rationalisticum. De sententia Khomiakovi, ubi est verus amor in Christo, ubi est libertas in Christo, ubi est unitas in Christo, ibi est Ecclesia. Nulla formalis (seu extrinseca) nota pertinet ad essentiam Ecclesiae".

3. Primatum cum hcc Ecclesiae conceptu pugnare multifariam ostendi potest. Omnia vero ad duo capita, claritatis et brevitatis causa reduco: ad Iuridismum et ad Sobornost.

Et ut primo de Iuridismo quaestio fiat, contendunt slavophili unitatem Ecclesiae repetendam esse a principio totaliter intrinseco, intimo in Ecclesia, quod unum est immutabile et firmum, quodque in concordia spiritus consistit; minime vero a potestate quadam visibili (6). Quia catholici Primatum statunt principium conservativum unitatis Ecclesiae, incident in Iuridismum (7), qui triplici iuris excessu sese prodit: quoad indolem iuris, saecularisatione; quoad subiectum iuris arbitraria limitatione; quoad effectum iuris, exaggeratione qua ius fit unitatis principium (8)

4. Aliud caput argumentationis contra Primatum in doctrina slavophilorum consistit in Catholicitate Ecclesiae, quam ipsi "Sobornost" dicunt, quae vox originem dicit a slavica translatione Symboli fidei: in unam sanctam, catholicam,.. quod ipsi vertunt: Soborhaia, quae vox audit Conciliaris (9).

(1) MANSI, t.53, n.315. - (2) L'Eglise Latine et le Protestantisme, p. 119, 303. - (3) Sic fatetur L.P.KARSAVIN, A.C.Хомяковъ: О Церкви, p.45. - (4) A.S.KHOMIAKOV, L'Eglise Latine et le Protestantisme, p.119. - (5) N. BIERDIAEV, A.C.Хомяковъ, Moscoviae 1912, p.79-114. - (6) A.S.KHOMIAKOV, L'Eglise Latine et le Protestantisme, p.38, 285, 287... Cfr. eiusdem opel-lam Церковь одна; Сочинения А.С.Хомякова, t.II, Moscoviae 1907, p.3-25. - (7) De Iuridismo scrupulosus est G.KOLEMINE, Luz de Oriente, Madrid 1912; Римский духовный Цезаризмъ передъ лицомъ Соборной Православной Ц., Petro poli 1913; Авторитетъ въ вопросахъ вѣры, Sergiev-Posad 1915. - (8) Cfr. Acta V Conventus Velehradensis, Olomucii 1927, p.90. - (9) Cfr. La traduction du mot "catholikos" dans le texte slave du Symbole de Nicée-Constantinople; OC, n.55 (1929), p.54-64.

Khomakov vero, licet sensum originarium vocis bene perspectum habeat, docet nihilominus consulto a Slavorum Apostolis vocabulum Catholicam reddi Sobornaia, et non vseleenskaia vel alia voce simili; voluerunt enim significare veram Christi Ecclesiam illam esse quae omnes, nulla facta diversitate, in unum colligit (1). Catholica quippe est Ecclesia sensu intensive, quatenus totum quod pertinet ad Ecclesiam, singularis membris tribuitur; secus fideles forent servi, non membra, Ecclesiae. Quae igitur catholici attribuunt Supremo Capiti Ecclesiae, ea Khomakov toti corpori concedit.

5. Haec ut solvas, primo quidem argumentare indirecte ostendendo, cum V. Soloviev (2), hunc conceptum minime esse "slavicum", cum a philosophia germanica et gallica totus dependeat. Poteris etiam cum eodem auctore (3) positiva argumenta usurpare.

Praeterea, nec solum Primum sed pari ratione omnem Hierarchiam ecclesiasticam excludunt. Qui enim Iuridissimum denuntiant, omnem auctoritatem ab Ecclesia secernunt (4), ac proinde intrinsecam tantum vitam admittentes coetus christiani, tandem aliquando in conceptum incident protestanticum (5)

Nec aliud sentiendum de Sobornosti. Sunt qui eam declarare contantur sensu fere theologiae traditionalis, ut contendit Grabbe (6), vel saltem illam mitigant, ut recenter praestavit Florovsky (7). Sed nifalor, firmstra: sensus enim clarus et obvius secum fert Ecclesiam esse societatem aequalem, quo admisso, omnis ecclesiastica auctoritas, omnis divina hierarchia ruit penitus. Quinimo, satis appetit conceptum slavophilorum hac in re ad conceptum accedere Tertulliani montanistae (8).

(1) L'Eglise Latine et le Protestantisme, p.397 ss. - (2) V. SOLOVIEV, L'Idée russe, Paris 1888, p.35 cfr. not. - (3) Славянофильство и его возрождение; Новая защита старого славянофильства; Сочинения Вл. Соловьева, т. V, p.161-222, 231-242; La Russie et l'Eglise Universelle, ed. 4, Paris 1922, p.34-39. - (4) P.B. GIDULIANOV, Юридическая природа Церкви; Журнал Министерства Народного Просвещения, nov.ser., t.LXXI (1917-1919), p.81-124. - (5) S. TYSZKIEWICZ S.I., Die Lehre von der Kirche beim russisch-orthodoxen Theologen S. Bulgakov; Zeitschrift für kathol. Theologie, 1927, p.82 ss. - (6) I. GRABBE, Истинная Соборность, Varsaviae 1931. - (7) G.V. FLOROVSKY, Sobornost: the Catholicity of the Church; The Church of God. An anglo-russian symposium, London 1934, p. 53-74. - (8) Cfr. A.D'ALES S.I., La théologie de Tertullian, p.219, 491 ss. et P.F. PREOBRADJENSKY, Тертульян и Рим, Москва 1926.

CAPUT IV

DE
SPIRITUS SANCTI
PROCESSIONE

Opinio inter antiquos auctores vulgata docebat quaestionem de Spiritus Sancti Processione, quam a Patre et Filio repetunt catholici, graeco-slavici autem a Patre solo, et praecipuum esse discrimen et genuinam schismatis causam (1)

Modo vero aliae schismati causae assignantur (2), exclusa quaestione de Filioque (3). Quinimo non defuerunt qui palam dicereint Filioque discrepantiis veri nominis adnumerandum non esse (4); id vero negandum esse facile apparebit ex ipsa historica controversiae evolutione.

Art. I
Historia controversiae

Summarium: 1. Prima controversia inter Antiochenos et Alexandrinos. - 2. Formula latina a byzantinis reprehensa. - 3. Formula graeca a theologis carolinis impugnata. - 4. Indoles controversiae sub Photio et Caerulario. - 5. Byzantini contra Filioque. - 6. De operibus A. Zoirnikavii et Th. Prokopovicz. - 7. Russorum et graecorum sententia in conventibus Bonnensibus. - 8. Theses V.V. Bolotov de Filioque. - 9. Status huius controversiae inter hodiernos.

1. Ad illustrandam originem controversiae photianae de Processione Spiritus Sancti, opus est recolere antiquiores de eodem argumento disceptationes inter veteram et novam Romam.

Omitto difficultates illas quae a diversa pendebant terminolo-

(1) Cfr. PETRUM ANTIOCHENUM, Epist. ad Michael. Caerularium; PG, 120, 804, 812; THEOPHYLACTUM, De iis in quibus Latini accusantur; PG, 126, 246; Concilium FLORENTINUM; MANSI, t. XXXI, A, c. 510; etc. - (2) De schismatis causis secundum varios auctores cfr. TDCO, t. I, p. 374-391. - (3) Sic animadvertisit F. GRIVEC, Doctrina hodierna Orientis separati de Ecclesiae constitutione et de principio unitatis in Ecclesia; Acta IV Conventus Velehradensis, Olomucii 1925, p. 51, referens verba SVIETLOV, ГДЕ ВСЕЛЕНСКАЯ ЦЕРКОВЬ?, Serghiev-Posad 1905, p. 56. - (4) Sic iam Princeps GALITZIN, L'Eglise gréco-russe, Paxis 1861, p. 29.

gia trinitaria in Oriente et Occidente adhibita (1); iam enim dudum abbe Photium qui utramque rationem loquendi approbat (2), omnis disputatio e medio sublata est.

Sin autem serm fit de Processione, prima controversia excitata est inter graecos alexandrinos et antiochenos. Antiocheni aperte negant Spiritum a Filio vel per Filium esse (3). Alexandrinus S. Cyrillus Spiritum Filio attribuit his verbis (4), quae Theodoreto suspicionem ingerunt illis contineri doctrinam de Processione Spiritus Sancti ex Patre et Filio vel per Filium (5).

Nec facile putas hanc simultatem tribui oportere adiunctis de condemnatione Nestorii; potius enim videtur tribuenda diversae indoli scholae Antiochenae et Alexandrinae (6). Alexandrini enim cum sensum allegoricum excolant et aequalitatem Patris et Filii magis magisque declarare studeant, nullo negotio profitentur Patrem et Filium originem esse Spiritus Sancti. E contra Antiocheni, qui sensui adhaerent litterali, dicere tantum audent Spiritum ex Patre esse; cum vero distinctionem personarum quam maxime respiciant, abstinent a personis Patris et Filio in unico Spiritus Sancti principio coniungendis.

2. Alexandrinorum systema sibi retinuit et expolivit S. Augustinus, qui Spiritum ex Patre et Filio praedicans (7), nova veluti forma donavit id ipsum quod apud S. Cyrillum Theodoretus reprehendebat. E contra Byzantini, etsi formulam adhibeant ex Patre per Filium, nonnihi passi sunt influxum Theodoreti; et in principio Spiritus Sancti personarum distinctionem et ordinem considerant, ad unum Patrem, principium sine principio, plures incipiunt respicere.

Quae cum ita sint nihil mirum si hinc inde accusationes motae fuerint. Cum Martinus I, celebrato Concilio Lateranensi a. 649, ad Constantinopolitanos mississet suas litteras Synodicas, quibus habebatur Spiritum Sanctum etiam ex Filio procedere; orta est admiratio inter Byzantinos; quam tamen sedavit S. Maximus Confessor (8). Videlicet apud byzantios ferebatur S. Martinus non satis tueri proprietatem Patris, quippe non per Filium, sed "ex" Filio quoque diceret Spiritum Sanctum.

(1) Terminologia latina, quam tradit iam TERTULLIANUS, Adv. Prax. c. 2, 7, 11, 12; PL, 2, 157 ss., a Graecis non fuit admissa, qui loco vocis "personae" seu πρόσωπον, adhibere maluerunt verbum ὄπόστασιν, quod tandem reservatur personis, exclusa natura. Huic liti de terminologia magna ex parte tribui debet schisma Antiochenum; cfr. Th. DE REGNON S.I., Etudes de théologie positive sur la Sainte Trinité, t. I, p. 170-215. - (2) Quaestio 231 ad Amphil.; PG, 101, 1293. - (3) THEODORUS MOPSUESTAE, in suo Fidei Symbolo, habet: "Credimus in Spiritum Sanctum... quem neque Filium neque per Filium existentiam accepisse putamus"; cfr. HAHN, Bibliothek der Symbole..., 3 ed., p. 305. - (4) "Si quis unum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit a Spiritu Sancto,... ac non potius propprium eius Spiritum dicit... A.S.; PG, 77, 121. - (5) "Proprium vero Spiritum Filii, si quia eiusdem naturae sit et ex Patre exeat, consentiemus et ut piam vocem accipiemus; sin autem quia ex Filio vel per Filium habeat existentiam, id ut blasphemiam et impietatem proiciemus"; PG, 76, 432. - (6) Cfr. brevissimas annotatione F. CAYRE A.A., Précis de Patrologie, t. I, Paris 1927, p. 287-289. - (7) Tract. 99 in Ioan., n. 6; PL, 35, 1888 s.; C. MAXIM., l. II, c. 14; PL, 42, 770; De Trin., l. XV, c. 27; PL, 42, 1095; etc. - (8) PG, 91, 136; cfr. TDCO, t. I, p. 159.

3. Acio: autem controversia mota est a Libris Carolinis, quorum auctor praecipuus Alcuinus fertur (1). Libri Carolini toti sunt in reprehendendis Actis Concilii Nicaeni II; cum autem in Actis invenissent fidem S.Tarasii Patriarchae CPni. qui Spiritum a Patre per Filium dicebat, hanc formulam expungendam prorsus ducunt (2), omittentes auctoritatem Graecorum Patrum et falso putantes formulam latinam Conciliorum Symbolo ad verbum contineri (3).

Haec cum iterasset Capitulare Synodi Francofudiensis ad Hadrianum Papam missum, Summus Pontifex sententiae Graecorum patrocinium suscepit, quam pluribus commendat argumentis (4).

4. Libros Carolinos p[re] oculis habuisse videtur Photius cum scribere coepit contra dogma catholicum anno 867, evulgata Littera Encyclica ad Orientales Thronos (5), quam postea complevit anno 884 Epistula ad Metropolitam Aquileiae (6) et productione opere de Spiritu Sancti Mystagogia (7), paulo ante mortem, annis 895-896, ut videtur, exarato.

Photius in ea sententia fuisse videtur: Romanos Pontifices non consentire occidentalibus illis qui Filioque propugnabant; quare ad Romanorum Pontificum auctoritatem ultro appellat (8). Id autem falso supponi in comperto est; vel ipse S.Nicolaus Filioque defendit ut dogma ab omnibus tenendum, eoque hortante(9) Aeneas Parisiensis (10) et Ratramnus Corbeiensis (11) sua scripserunt opera contra Photium. Nihi lo tamen minus discipuli Photii, et in genere byzantini huius aetatis, qui, ut diximus, recte sentiunt de Primatu, Processionem Spiritus Sancti ab uno Patre solent repetere.

Res autem mutata est tempore Caerularii. Ecclesia enim Romana, quae processionem ex Patre Et Filio semper docuerat, Symbolum Filioque auctum recitare et ipsa incepit (12). Quo fit ut Caerularios Filioque criminis vertat non certis quibusdam Latinis, sed toti Ecclesiae Romanae, quam idcirco a Primatu decidisse putabit (13).

5. Sic tandem nata est lucta inter veteram et novam Romam, quam innumeri fere auctores hinc inde agitarunt. Omitto longum nominum catalogum texere; oporteret enim fere omnia nomina referre quae citant auctores de controversiis agentes inter Graecos et Latinos (14).

(1) Cfr.H.LASTGEN in Neues Archiv der Gesellschaft für Ältere deutsche Geschichtskunde, t.XXXVI, p.631-556;t.XXXVII, p.15-51, 455-533.- (2) PL,98,1117 [3] Monumenta Germaniae Historica, Legum Sect.III, Concilia, t.II Supplementum, p.118 no.5. - (4) PL,98,1249-1252. - (5) PG,102,725-732. - (6) PG,102,793 ss. - (7) PG,102,280 ss. - (8) Cfr.Mystagogiam, nn.78-89, ubi mentio fit Caelestini, Leonis M., Vigilii, Agathonis, Gregorii M., Hadriani I, Leonis III, Benedicti III, Ioannis VIII, Hadriani III. - (9) cfr. S.NICOLAI episputam ad Hincmarum;PL,119,1155 s. - (10) Liber adversus Graecos; PL,121,685-702. - (11) Contra Graecorum opposita;PL, 121,225-346. - (12) Tempus quo Ecclesia Romana Filioque Symbolo suscepit determinare difficile est;cfr. La Questione storica nella controversia del "Filioque";La Civiltà Cattolica,21 Sett.1929,p.495-508.- (13) Cfr.eius Panoplia, apud A.MICHEL,Humbert und Kerullarios, t.II, p.212-228, 274 s.;cfr.248-256. - (14) POPOV, Истрико-литературный обзоръ древнерусскихъ памятническихъ сочиненій противъ Латинианъ XI-XV вв.,Moscoviae 1875; DIMITRACOPULOS, Ορθόδοξος Ἐλλας;...; e.c.

Ut potissima saltem commemoremus, ante Concilium Lugdunense II legendus est Theophylactus Bulgarus (1) et Nicephorus Blemmydes (2), qui primo tempore agnen duxit photianarum (3) postea vero, ex SS. Patrum lectione sententiam mitigavit suam, ita ut plures eum catholice prorsus sentire reputent (4). Sententiam vero catholicam prae aliis propugnavit Ioannes Veccos (5), tum contra photianos anteriores, tum contra Georgium Cyprum (6), de quo tamen vel ipsi greci separati sinistre iudicarunt.

Postea vero, ex innumeris fere tractatibus graecis contra dogma catholicum, primas obtinet opus Nili Cabasila (7) et elucubrationes Georgii Scholarii (8) qui praecipuus fuit graecorum theologus in Consilio Florentino.

6. Ex aliorum scriptis bene attendenda sunt opera A. Zoirnikavii, lutherani ad graeco-slavos conversi, qui anno 1662 lingua latina elucubravit perlongum suum tractatum de Processione Spiritus Sancti, quem edidit Mislavsky a. 1774-1776, graecum vero fecit Eugenius Bulgaris, russicum autem Hieronymus Kontsevicz (9). Hoc opere adhuc manucripto usus est Theophanes Prokopovicz ad concinnandum tractatum de Spiritus Sancti Processione, qui post mortem auctoris lucem aspexit Gotha a. 1772.

Si textuum congeriem et rerum copiam attendas, haec duo opera facile dices aurofodinam recentiorum auctorum scribentium contra "Filioque".

7. Hactenus sententia photiana - si demas explicationem Georgii Cyprii - immutata fere permansit. Post annum 1870, cum Anglicani et Vetero-catholici cogitarent de unione cum Ecclesia Graeco-slavica, separati suam de Processione mentem explicare, quin et nonnihil mitigare coeperunt, in convevtibus Bonnensibus a. 1874-1875 (11).

Retinuerunt videlicet Processionem ex solo Patre; cum tamen Anglicani et Vetero-catholici "Filioque" uterentur: medium quandam viam sunt ingressi, ut sententiam ab omnibus tenendam tandem aliquando asserentur. Illam exprimit alter conventus Bonnensis 6 propositionibus e S. Ioanne Damasceno ad verbum desumptis §12 quibus ex una parte asseritur Spiritum Sanctum ex Filio non procedere (13), ex alia vera illum procedere ex Patre per Filiū (14); haec vero conciliari inter se possunt sensu catholico; videntur autem Bonnenses contenti indeterminatio ne quae verba prae se ferunt; quo factum est ut parum profecerint (15)

(1) PG,126,221-249. - (2) cfr. eius tractatus ad Iacobum Bulgariae et ad Theodorum II; PG,142,534-605. - (3) A. HEISEMBERG, Nicephori Blemmydae curriculum vitae et Carmina; Biblioth. Script. Graec. et Roman. Teubneriana, Lipsiae 1896; p.63-70. - (4) Sic ALLATIUS, De perpetua consensione, Coloniae, 1648, p.397; M. JUGIE, TDCO, I, p.418; M. V. G. BARNIKOV, Никефор Блеммидъ и его сочинения, Kioviae 1911, p.164 ss. Hanc opinionem satis mitigant A. HEISEMBERG, l.c., p.XLVIII et V. GRUMEL A.A., Nicéphore Blemmyde et la Procession du Saint Esprit; Revue des Sciences Philos. et Theol. 1929, p.636-655. - (5) PG,141 colligit praecipua eius opera. - (6) PG, 142, 250 ss. - (7) Adhuc perseverat ineditum; usstatissimum vero fuit - (8) Cfr. eius opera omnia edita a PETIT-PETRIDES-JUGIE, t.II. - (9) Cfr. LÜMMER, Scriptorum Graeciae Orthodoxae Bibliotheca selecta, t.I, p.2-81. - (10) FR. H. REUSCH, Bericht über die Unions-Conferenzen, Bonn 1875, 1875. - (11) De Fide Orth., I, c.8. - (12) De Fide Orth., I, c.12 bis. - (13) E. M. CHAUD, L'état de la Question du Filioque après la conférence de Bonn de 1875; Revue Intern. de Théol., t.III (1895), p. 89-99.

8. Ut quaestio aptius definiretur, specialis commissio Petropolitana erecta decreto Sanctae Synodi (15 Decembris 1892) agitavit illud: Ex Patre solo, estne quid ad dogma pertinens? Commissioni placuit sententia affirmativa; cum ab ea dissentiret V.V. Bolotov, suas theses de "Filioque" concinnavit⁽¹⁾. Secundum Bolotov dogma est Spiritum Sanctum a Patre procedere; quod vero a Patre solo vel a Patre Filioque, est tantum theologoumenon vel opinio theologica. Ceterum, Photii sententia, asserit Bolotov, radicitus differt a mente Patrum Graecorum, Spiritum a Patre per Filium procedere docentium. Quare iure merito scribit Jugie (2) hisce thesibus lethale vulnus infligi rigido photianismo.

Bolotov suos nactus est assecias, ast suos quoque habuit adversarios. praesertim inter theologos kazanenses, quorum unus, A.Gusev, suas 55 theses edidit de Filioque et Eucharistia contra Bolotov (3). E contra Episcopus Sergius, suis articulis: "quid nos separat a vetero-catholicis?" (4) ulterius progradientur: putat enim in quaestione de Processione Spiritus sancti processione, in tuto collocandam esse "monarchiam" principium, quod per stare potest cum formula graeca et cum formula occidentali, quam catholici depravant illam adhibentes sensu quodam materialistico (5).

9. Bolotov aliorumque auctorum recentiorum sententia innixi, nonnulli iam asserere solent hanc quaestionem suo apologetico momento destitui. Verum est a ~~множестве~~ quibusdam auctoribus non satis attendi sententiam photianam nonnihil apud plures auctores dissidentes mitigari (6). Attamen:

a) non solum apud vulgus, verum etiam ppud eruditos perseverat vetus illa sententia de Filioque ut gravissima separationis causa (7);

b) vel ipsi qui placitis Bolotov plane adhaerent, hac ratione utuntur ut sententiam catholicam ducant opinionem theologicam, a dogmate rite distinguendam. Porro hanc viam Anglicani et Vetero-catholici facile sint ingressi; catholicis autem illam arripere non licet. Quare, ad summum haec Bolotova sententia difficultatem transfert, non vero minuit; quinimo viam sternere videtur ad rationalismum, quem admodum nonnulli russi fatebantur in Commissione Petropolitana (8) est que verissimum.

Hisce delibatis, sequentibus paragraphis agemus primo quidem de doctrina Processionis Spiritus Sancti inspecta ad lumen Scripturae

(1) Editae sunt lingua germanica, reticito nomine auctoris: Thesen über das "Filioque" von einem russischen Theologen; Revue Internationale de Théologie, t.VI (1898), p.681-712. Russice prodierunt, curante BRILLANTOV, anno 1913 in Христианское Чтение; thesibus autem praefixa est introductio: Труды профессора В.В.Болотова по вопросу о "Filioque" и полемика о его "Тезисах по "Filioque" в русской литературе"; Христианск.Чт., 1913, p.431 ss. - (2) TDCO, t.I, p.628. - (3) А.ГУСЕВ, Тезисы по вопросу о Filioque и пресуществлении; Православный Собеседникъ, 1901, p.3-39. - (4) Православный Вестникъ 903, nn.40-42. - (5) Cfr. A. MALVY S.I., Bulletin de théologie russe; Études, 1904, t.IV, p.864 ss. - (6) M.JUGIE A.A., Où en est la question de la procession du saint Esprit dans l'Eglise gréco-russe? EO, 1920, p.257-277. - (7) Cfr. DUCAN N. JAKCIC, Лично својство Светог Духа по учењу православне цркве са обзиром на римски доктмат "Filioque"; Kalovtsi 1950, p.105. - (8) Cfr. Христ. Чтение, 1913, p.926.

Sacrae et Graecorum Patrum (1), tum de ipso facto additionis ly Fili - que ad Symbolum Fidei.

Art.II

De
Processione Spiritus Samoti
testimonia
Sacrae Scripturae

Summarium: 1. Quaestioneeris conspectus. - 2. Graeco-slavorum interpretatione Ioan.XV,26: qui a Patre procedit. - 3. Eorum obiectiones contra textus Ioann.XVI,13-15: de meo accipiet, - 4. Galat.IV,6: Spiritus Fili, - 5 et contra argumenta catholicorum petita a missione Spiritus a Filio. - 6. Obiectorum apta solutio.

1. Iam olim S. Anselmus vim argumenti scripturistici in controversia de Processione Spiritus Sancti apte definivit illis verbis: Sacra Scriptura "illa asserit unde probatur, et nullo modo aliquid significat unde negetur" (2).

Graeco-slavici autem id non concedunt. Reperiuntur qui cum Silvestro Malevansky dicant hanc quaestionem tantum verbo Dei tradito posse definiri, cum de ea sileant sacrae litterae (3); sed generatim et ipsi Sacras paginas adeunt, contendentes ea dici quibus sententia catholica excludatur, nihil autem haberi unde illa probetur.

2. Ad primum quod attinet, in medium proferunt textum S.Ioannis XV,26: Spiritum veritatis qui a Patre procedit; quae verba si accipiuntur sensu exclusivo, absque dubio fulcimentum praebent sententiae photianae. Porro etsi nonnulli auctores, adeoque ipse Moghila hoc testimonium interpretetur sensu assertivo (4), plerique ei tribuunt sensum exclusivum; et quidem variis de causis.

Photius (5), Marcus Ephesius (6) aliisque bene multi sensum exclusivum in eo fundant, quod Filius sileatur. Porro argumentum a silentio petitum vim ex eo obtinet quod Jesus Christus his verbis plenam de Processione doctrinam nobis ostendere intehdit, ut scribit Prokopovicz (7)

Alii recentiores ut Zikos de Rosis (8), Ehestos Androutsos (9),

(1) Brevitatis causa omitto argumenta dialectica, etsi adeo frequenter recolite in TDCO,t.I,p.192-205. - (2) Liber de Processione Spiritus Sancti contra Graecos; PL,158,321 C. - (3) Illis videtur consentire Petrus Grossolanus, cum statum quaestioneeris indicans: "A verbis quae habentur in Evangelio neque Graecus dissentit, neque Latinus..."; PG,127, 915 s.- (4) Cfr. MALVY-VILLER, La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila; OC,n.39 (1927),p.42; cfr. ibid. p. 127-128, ubi sententiam Moghilae catholicae recte adaptatur. Vide etiam EO,t.XIX (1920),p.262,TDCO,t.II, p.444; Etudes,t.II (1857),p.307-351.- (5) Enyclica,n.16;PG,102,728-729; Mystagogia,n.2;PG,102,280-281. - (6) MANSI ,t.37-A,846-847. - (7) Tractatus de Processione Spiritus Sancti, p.21-39. - (8) Σύστημα τῆς Δογματικῆς p. - (9) Δογματική, p. 80 s.

Argumentantur ex eo quod in textu fit distinctio inter missionem Patri Filioque tributam, et Processionem quae Patri tantum expresse conceditur. Utramque rationem alii urgent ut I.Olariu (1), sequutus Macarium (2) quem refutat cardinalis Franzelin (3).

Pondus vero argumentationis graeco-slavorum in eo residet quod hic textus unus sit qui nobis tradit Processionem Spiritus Sancti; quare omni studio vim adimunt reliquis testimonis a catholicis auctoribus adduci solitis. Textus autem quandoque in infinitum fere multiplicantur (4); praecipuos tantum respiciemus.

3. Ioann. XVI,13-15 ait de meo accipiet... et rationem dat: Quae cumque habet Pater mea sunt; propterea dixi: quia de meo accipiet. Non tendit vero Photius "de meo" accipiendum esse de meo Patre (4); subintelligere autem de meo: de me, et linguae graecae ignorantiam arguit (5) et plura secum trahit absurdia (6).

Theophanes Prokopovicz (7) docet "de meo" accipiendum esse "de mea doctrina", id est eadem mysteria docebit ac ipse vos docui; porro in textu agitur de Spiritu, non qua Deus est, sed qua Legatus et ad extra operans (8).

Inter hodiernos vero viget explicatio Prokopoviiana (9); interpretatio photiana in desuetudinem abiit; instaurata autem fuit a nonnullis ut Protosyncello Chrysostomo (10).

4. Epist. ad Galat. IV, 6, cui alii textus consonant, vocat Spiritum Filii, personalem relationem Spiritus ad Filium denotans (11). Haec verba quantum molestiae afferant Photio satis patet legenti eius volumina (12) quibus iterum iterumque asserit Spiritum Filii dici quia eiusdem est substantiae. Nam si genitivum originem diceret, Spiritus quoaque a fortitudine, iudicio, sapientia,... procederet (13).

Subtiliori, ut assolet, crisi textum submittit Prokopovicz (14), ut concludat, cum multiplex sit ratio cur unus de altero praedicetur, sufficere summum inter eos consensus, unius eiusdemque naturae societatem, ut Spiritus Filii esse dicatur. Recentiora opera haec iterant, ut videre est apud Macarium. (15).

(1) Manual de Teología Dogmática Ortodoxă, ed. 2, p. 101. - (2)
t. I, - (3) Examen doctrinæ Macarii

Eulgakov episcopi russi schismatici et Iosephi Langeh neoprottestantis Bonnensis de Processione Spiritus Sancti, Romae 1894, p.12-24. - (4) Mystagogia, nn.24-28; PG, 102, 304-309. - (5) Mystagogia nn.21-22; PG, 102, 300-301. - (6) Mystagogia, n.23; PG, 102, 304. - (7) Tractatus de Processione Spiritus Sancti, p. 199-204. - (8) Hanc distinctionem cum reperiatur apud Macarium, illam optimo iure carpit et absurdam esse ostendit Cardinalis FRANZELIN, Examen Doctrinæ Macarii... de Processione Spiritus Sancti, p. 48 ss. - (9) Adi, sis, manualia Macarii, N. Malinovsky, Olariu, etc. Sunt qui testimonium taciti praetergrediantur, ut Ch. Androutsos aliique. - (10) Περὶ Ἐκκλησίας, Athenis 1896, t.II, p. 1

(11) Cfr. DE REGNON S.I., Etudes de Théologie positive sur la Sainte Trinité, t.IV, p.254 ss. - (12) Mystagogiam, nn.48-60, 85, 90-94; PG, 102, 328-340, 372-373, 384-389; in his ultimis līcīs suam interpretationem complet et nonnihil immutat. - (13) Tractatus de Processione Spiritus S., p. 185-198. - (15) Cfr. eius Manuale theologicum, t.I, p.281 s.

5. Denique in considerationem veniunt plures loci Sacrae Scripturae, quibus traditur Missio Spiritus Sancti a Patre et a Filio. Rescole, sis, Ioan. XIV, 26; XV, 26; XIV, 16; XVI, 7; Luc. XXIV, 49; Act. II, 43; etc. Cum persona divina ab illa tantum mittatur a qua et procedat, catholici irrefragabile ex his argumentum proferunt (1).

Graeco-slavici vim effugiunt aliam cogitatione conceptum Missio-
nis. Relinquimus Photium, qui non videtur de Missione cogitasse (2).
Posteriores, praesertim Theophylactus (3), insistunt in missione tem-
poraria, quam falso putant a Latinis cum Processione aeterna, ob impe-
ritiam et linguae angustiam, permisceri.

Porro in missione graeco slavici respiciunt unice ad effectum
creatum, qui sane a tota Trinitate producitur. Quare persona cui spe-
ciali ratione tribuitur certus quidam effectus, in illo producendo, a
duabus aliis missa intellegitur. Filius itaque a Patre et Spiritu, Spi-
ritus a Patre et Filio mittitur; quodsi Pater non dicitur a Filio et
Spiritu mitti, id accidit propterea quod nullus - aiunt - particularis
effectus Patri tribuitur.

6. Iam si solutionem quaeras, ad primum argumentum quod atti-
net (cfr. n.2), recte dissolvitur illud de silentio, ex aliis multis
locis parallelis, ut iam ostendit vel ipse Nicephorus Blemmydes (4).
Praeterea hac in re silentium Filii recte explicatur ex modo agendi
Christi Domini qui omnia refert ad Patrem tamquam ad primarium fontem
et principium absque principio; ut notant S.Basilius et S.Augustinus,
cuius auctoritas iam a primordiis controversiae invocatur (5). Praeter
ea, in prima parte testimonii ubi sermo est de Missione temporaria,
absque dubio sensu assertivo utendum est (quem ego mittam: sane non
excluditur Pater); ergo et in altera; cum praesto adsint alia testimo-
nia quae processionem ex Filio quoque esse ostendunt.

Ad id vero demonstrandum, locis allatis nn. 3-5, in nostra theo-
logia optima quaeque et efficacissima proponi solent. Sin autem effi-
caciā respicias relate ad nostram controversiam cum orientalibus dis-
sidentibus, facile dices oportere praecisionem facere ab argumentis
innixis intima illa necessitudine inter Processionem et Missionem, quam
graeco-slavicis persuadere, operosum nimium erit. Quare utendum est
interpretatione Sanctorum Patrum, quam prae aliis optime urget suis
operibus Ioannes Teccos.

Quid sibi velit illud: de meo, cfr. apud S.Epiphanium (6), S.Cy-
rillum Hierosolymitanum (7), S.Cyrillum Alexandrinum (8). Spiritum Fi-
lli multis explicant S. Athanasius (9), S.Basilius (10), S.Epiphanius (11)
S.Cyrillus Alexandrinus (12), S.Maximus Confessor (13).

(1) Cfr. S.THOMAM, S.Th., I, p.43, aa.1, 4 ss. - (2) Nihil habet in scrip-
tis polemicis; suam mentem possumus haurire ex Quaest.188 ad Amphiloche.
PG, 101, 910-913. - (3) PG, 126, 229. - (4) Orat.I de Spiritu Sancto. - (5)
Locum August. Trac. 99 in Ioannem adhibet iam Cardinalis HUMBERTUS, Li-
ber de Spiritu Sancto; apud A.MICHEL, Humbert und Kerularios, t.I, p.104
s. - (6) Haer.74; PG, 42, 480; Ancoratus, 73; PG, 43, 153. - (7) Catech.16, 24;
PG, 33, 452. - (8) In Ioan., 1.10 et 11; PG, 74, 444, 452. - (9) Epist.III ad
Serapionem, n.1; PG, 26, 625. - (10) Contra Eunomium, 1.II, n.34; PG, 29, 652.
- (11) Ancoratus, n.8; PG, 43, 29-32. - (12) Thesaurus de SS.Trinitate,
Assert.33; PG, 75, 558. - (13) Quæstiones et dubia, Interrogat. 34; PG,
90, 813. Quin et idem sentit Ioh monachus; cfr. EG, 102, 444.

Ceterum auctores detegunt quamdam evolutionem in manifestatione doctrinae de Spiritus Sancti Processione, quam S.Paulus adumbrat, S.Ioannes vero fidelibus patefacit (1).

Art. III

De
Spiritus Sancti Processione
SS.Patrum sententia

Summarium: 1. Sententia photiana ad Patres Graecos relata. - 2. Argumentum patristicum in Photii scriptis. - 3. Prima Florilegia Patrum de Spiritus Sancti Processione. - 4. De mente S. Ioannis Damasceni byzantinorum et Latinorum sententiae. - 5. Formula "ex Patre per Filium" apud Origenem et Cappadoces. - 6. Solvontur difficultates V.V.Bolotov contra aequivalentiam utriusque formulae: Per Filium et Filioque. - 7. Vindicatur definitio Florentina.

1. Iure animadvertisunt auctores Photium a ratione loquendi Graecorum Patrum in multis recessisse (2), praesertim vero in asserenda processione Spiritus Sancti ex solo Patre, et in propugnandis suis axiomatibus; qua de causa Photius in hac theologiae provincia tamquam novae doctrinae adinventor a pluribus habetur (3). Videtur enim in his scribendis ab uno Iob monacho duci (4), oblitus operum SS.Patrum.

Et quidem secundum Patrem Jugie (5), de Regnon (6) aliquosque, in eam Photius opinionem devenit quae e regione opponitur tum Latinorum, tum Graecorum Patrum sententiae. Secundum Amor Ruibal (7) Photius perfecit quemdam veluti "syncretismum", ea tantum a Graecis et a Latinis desumens, quae adversarentur illi Filioque.

Vel ex his quae supra dicta manent de sententia Byzantinorum (cfr.Art.I), satis liquet hanc quaestionem ulterius esse investigandam; solent enim considerari Patres alexandrini; minus vero attenditur ad influxum Antiochenorum, quorum sententia Photius abuti mihi videtur.

2 Verum sane est Photius suis polemicis scriptis de Spiritu Sancto non immorari in sententia SS. Patrum. Ut notum est, indirecte excludit testimonia Occidentalium Patrum de Filioque (8), simul asserens Patres Graecos inumeros, uno omnes ore tradere Spiritum a solo Patre esse (9), quorum loca dare non potest, quippe sibi in exilio scribenti librorum copia deest (10).

(1) Cfr.J.LEBRETON S.I., Histoire du Dogme de la Trinité, t.I, éd.6, p. 439. - (2) Cfr. TDCO, t.I, p.220-223. - (3) Haud semel id dixit iam VEC-COS; cfr.TDCO, t.I, p.223. - (4) J.SLIPYJ, Die Trinitätslehre des byzantinischen Patriarch Photius, Innsbruck 1911, p.41. - (5) TDCO, t.I, p.193, 223. - (6) Etudes de Théologie positive sur la Sainte Trinité, t.IV, p. 242, 245. - (7) Los problemas fundamentales de la Filosofía y del Dogma, t. V, p. 382-386. - (8) Videlicet, vel eorum depravata sunt opera, vel per oeconomiam ipsi locuti sunt, vel errorem inscii admiserunt; Mystag., nn.71,72,73,74,352,353,357; Epist.ad metrop.Aquileiae,n. 18,20,21; PG,102,812-813. - (9) PG,102,809. - (10) Mystagogia, n.96; PG, 102,389-392.

Pari ratione sese gerunt Photii discipuli, ut Nizetas Byzantius suis Capitibus Syllogisticis (1). Brevi tamen textus Patrum maiore attentione inspici coepérunt.

2. Sic appareat in Florilegiis Patristicis de Processione Spiritus Sancti (2); quae, licet adornata fuerint sacculis VII-IX, ac proin de ante controversiam Photianam, in usu fuerunt praesertim a saeculo XII usque ad Concilium Florentinum(3).

Porro inter Sanctos Patres usitatores accurrunt S. Athanasius, Augustinus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Ioannes Damascenus, Cyrillus Alexandrinus, Epiphanius, quos pro se adducunt et Graeci et Latini. Neque ita raro nominatur S. Hieronymus, sed tantum a Graecis.

4. Horum vero praecipuas in controversia partes habuerunt S. Ioannes Damascenus et S. Basilius. Ut de Damasco modo agamus, notum est Damascenum a Photio ignorari (4), sicut in genere a Byzantinis huius aetatis, apud quos male audiebat tota familia Mansur (5). Cum vero saeculo XII Damascenus frequentari coepit in Oriente et Occidente, ubique admirationem excitavit.

Apud Occidentales, quia Graecis adhaerens, Spiritum ex Filio dici non sinit (6). Apud Byzantinos autem, quia formulam per Filium, quam ipsi tribuunt Missioni, adhibet Damascenus de Processione (7); adeo ut etiam nostro tempore quandoque Damascenus a catholicis credatur photianis favere (8), a separatis autem (9) catholicis suffragare. Porro, in comperto est S. Ioannem Damascenum catholicam prorsus sententiam tradere recte declarantem formulam ex Patre per Filium de aeterna Processione Spiritus Sancti (10).

Nam Caput 12 bis libri I Fidei Orthodoxae, de quo praecipua movetur quaestio, genuinum est; ut iam in disputatione illa Ioannis Veccos agnoscere debuit Georgius Moskambar; quippe locus aderat in codicibus vetustissimis (11).

Quae vero in contrarium afferuntur ex cap. 8 eiusdem Libri: Ex Filio esse non dicimus, Filii autem Spiritum vocitamus (12), directa videntur non contra occidentales, sed contra Eunomianos, qui Spiritum dicentes a solo Filio, illum a Patre separant. Ad summum etiam in his appetet mens Damasceni in formulam græcam alexandribam proclivis, omni studiū Patri reservans "ex" p̄ētō.; minime vero sensu a catholicis discre-

(1) J. HERGENROTHER, Monumenta graeca ad Photium eiusque historiam spectantia, p. 84-138. - (2) TH. SCHERMAN, Die Geschichte der dogmatischen Florilegien von V-VIII Jahrh., Lipsiae 1904, p. 78 ss. - (3) Cfr. ibid., p. 30-98. - (4) Neque in eius operibus, neque in Bibliothecam eum novit. - (5) Avus Damasceni Damascum tradiderat mahomedanis; genus autem Mansur a Caliphis honoribus cumulatum fuerat. - (6) Cfr. Gualterum a S. Victore, Robertum a Melun, Divum Thomam, S. Bonaventuram... apud J. DE GHELLINCK S.I., Le Mouvement théologique au XII siècle, p. 268 ss. - (7) PG, 94, EP 3. - (8) Cfr. SCHWANNE, Dogmengeschichte, t. II, ed. 2, p. 207; H. KLEE, Katholische Dogmatik (vers. gall.), Paris 1848, t. II, p. 197-198.... - (9) Ex. gr. ab ANDROUTSO, N. M. BOGORODSKY, A. A. NEKRASOV.... - (10) Cfr. S. TYSZKIEWICZ S.I., Der hl. Iohannes Damascenus und die russische Theologie; Zeitschr. für K. Theol., 1919, p. 78-104. - (11) G. PACHYMERES, Andronicus, l. I. - (12) PG, 94, 832.

pat, quemadmodum ex complexu suae doctrinae clarissime elucet (1).

5. Quin, auctores Graeco-slavici qui per Filium coarctant ad Missionem, oblivioni tradunt ortum et evolutionem huius formulae. Per Filium enim iam legitur in operibus Origenis, qui scripsit: "Haec autem multum ac diu examinata sunt nobis planius et apertius videre volentibus quomodo, si omnia per ipsum facta sunt, Spiritus etiam PER VERBUM factus est" (2) Multum sane de mente Originis disputatum est; sed esto, concedatur illud factus est subordinationismum secum trahere; attamen satis lique per Verbum de sententia Originis non ad missionem, sed ad ipsam Spiritus Sancti existentiam referri oportere.

Cappadoces Patres, Origeni addictissimi, magistri sententiam retinent, simulque ab omni liberant suspicione, quemadmodum facile potest ostendi ex libris Basili (3) praesertim contra Eunomium.

Videlicet, Eunomius Trinitatem induxit tribus constantem personis essentialiter heterogeneis et diversis, in progressiva diminutione (4), ita ut Spiritum ducant per Filium, vel a Filio factum, iubente Patre (5). Haec ut vitent, Antiocheni, relicita formula alexandrina Originis, adhibent Scripturam, quae docet Spiritum ex Patre procedere. Cappadoces vero, per Filium sane retinent, ostendentes simul nihil inde consequi contra divinitatem Spiritus Sancti, quem per Filium Patri coniungunt; ita ut contra Eunomium ostendant, eius diruens fundamentum, non a solo Filio, sed a Patre et Filio vel per Filium Spiritum procedere: "Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuat... cum...Apostolus modo Christi, modo Dei (Patris) Spiritum dicat..."(6).

Quare, si evolutionem doctrinae attendas, formula graeca per Filium, neandum ignoret Filium esse originem Spiritus Sancti, hoc praesupponit et exinde infert per Filium ex Patre quoque esse; ita ut iure indicet De Regnon apud Basilium, illud: ex Filio Patreque (7).

6. Restat tamen ut consideremus num in doctrina ipse aliqua intercedat discrepantia inter formulam per Filium et Filioque. Illam nonnulli detegunt apud Blemmydem (8) quem tamen hac in re catholice sentire puto (9). Expressis autem verbis discrimen asserit V.V.Bolotov suis thesibus de Filioque (10).

Ut autem sententiam suam nobis persuadeat, debuisset Bolotov ap-

(1) Cfr.J.BILZ, Die Trinitätslehre des hl.Iohannes von Damaskus, Paderborn 1909, p.152-195. - (2) PG,14,132. - (3) De Spiritu Sancto,n.45;PG, 32,149; Ibid.,n.43;PG,32,148; Contra Sabell. et Arium,n.4; contra Eunomium, 1.II,n.34, etc. Vide plura apud SCHERMANN, Die Gottheit des heiligen Geist nach Vätern des IV Jahrhundert, p. 113-115. - (4) Cfr.EUNOMIUM, Lib.Apologet.,n.25;PG,30,861. - (5) X.LE BACHELET, Eunomius, DTC,t. V,c.1507; I.F.DE GROCI S.I.,Conspiclus Historiae Dogmatum, t.I,p.316.- (6) Contra Eunom., 1.II,n.34;PG,29,652. - (7) Études de Théologie positive sur la Sainte Trinité, t.IV,p. . . - (8) Cfr.V.GRUMEL A.A., Nicéphore Blemmyde et la Procession du Saint Esprit; Revue des Scienc.Phil. et Théol.,1929,p.651-653. - (9) Cfr. PG,142,541 A, 552 C, 557 B-D, etc. - (10) Thesis 9: Nisi textibus vim inferas, haud poteris PER FILIUM in sententiis Patrum occidentalium (saltem post Augustinum) reperire; Thesis 11: EX PATRE FILIOQUE prout ab Augustino docetur, non solum verbis explicitis, verum etiam ad sensum quod attinet, non habetur in Orientalium formula.

tius declarare quid sibi velit Per Filium: ipse enim agnoscit his verbis concedi Filio momentum "mysterio plenum" in activa Processione (1), quod nostrum captum excedit. Quodsi illud ignorat, quo iure asserit illud diversum esse et alienum a mente S. Augustini?

7. Haec brevissima sane sunt; nonihil tamen illustrare poterunt definitionem Concilii Florentini proclamantis: "quod id quod Sancti Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti sicut et Patrem" (2)

Hanc unitatem principii - quam Bolotov orientalibus inauditam esse affirmavit (3), - formula graeca per Filium meridiana luce refulgat, plus fortasse quam ipsa latinorum formula (4)

Art.IV

De
verbo "Filioque"
ad Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum
addito

Summarium: 1. Sententia catholica et separatorum graeco-slavorum. - 2. Argumenta praecipua contra additionem Filioque adducta. - 3. Decretum Ephesinum et additio ly Filioque. - 4. Quod de facto ipso additionis historice nobis constat, illam minime reddit illicitam.

1. Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum (5) haec habet: "Credimus... et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per Prophetas" (6). Huic textui posteriore tempore in Occidente accedit verbum illud: ex Filio, vel Filioque. Iure an iniuria? En tibi quaestio quam aliter catholici, aliter vero graeco-slavici solvunt.

Catholicorum sententia effertur a Synodo Florentina: "Definimus insuper explicationem verborum illorum Filioque, veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam" (7)

Huic sententiae e regione opponitar communis opinio graeco-slavorum, qui acriter contendunt additionem fuisse illicitam, contra decreta nempe tunc temporis vigentia peractam, et irrationabilem, cum con-

(1) Thesis 4: Per Filium agnoscit momentum "mysterio plenum" Filio in processione Spiritus Sancti. Cfr. Thesin 5. - (2) ES,n.695. cfr. n. 460. (3) cfr. eius Thesin 13. - (4) Cir. TH. DE REGNON S.I., Etudes de Théol. positive sur la Sainte Trinité, t.IV,p.131 ss.; A. AMOR RUIBAL, Los Problemas fundamentales de la Filosofía y del Dogma, t.V, p.375 ss. De aequalitate utriusque formulae vide, sis, L. LOHN S.I., Doctrina S. Basillii de Processione Spiritus Sancti; Gregorianum, t.X (1929), p.329-364, 461-500. - (5) Vulgatum nomen adhibeo, cum de origine huius Symboli non una sit sententia. - (6) HAHN, Bibl. der Symbol., ed.2, p.164; cfr. p.166. - (7) ES, n.69L

tradicat rectae Ecclesiae doctrinae. In hanc sententiam scripsit Photius iam in Encyclica ad Orientales Thronos , fuisus vero in My stagogia (2); illi vero consonant, ut exempli gratia Theophylactus Bulgarus , Symeon Thessalonicensis , Iabri Symbolici (5), etc.

2. Haec si recolas ad duo capita reduces facile obiectiones omnes contra "Filioque": a) decretum Concilii Ephesini: "Statuit Sancta Synodus alteram fidem nemini licere proferre aut conscribere, aut componere, praeter definitam a Sanctis Patribus qui in Nicaea cum Spiritu Sancto congregati fuerunt" (6); b) ratio agendi Romanorum Pontificum, praesertim S. Leonis III erga additionem Filioque (7).

Hanc vero ultimam argumentationem omittere cogimus, ut unum respiciamus argumentum a Synodo Ephesina petitum, quod reliquorum fundamentum est, et frequentius recurrit. Illo enim utuntur non solum antiquiores auctores supra relati, verum etiam recentiores, ut Macarius, (8), Zikos de Rossi, Sylvester Malevansky.... adeoque ipsi slavophili, praeerente Khomiakov (9).

Quinimo, etiam ephesino decreto nituntur Vetero-Catholici post collationes Bonnenses (10) et nonnulli anglicanorum qui de unione cogitant cum Graeco-slavicis (11), qui omnes catholicos de violato Symbole accussant.

3. Decretum Ephesinum argumentum Achilles evasit (12); nam etiam si non defuerint qui canonem seu decretum recte interpretati fuerint (13), graeco slavici illud accipiunt a) de Symbolo Nicaeno Constantinopolitano; b) de integritate materiali huius symboli servanda. Vide, sis, Marcum Eugenicum in Concilio Florentino (14) qui Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum a Patribus epehesinis sub nomine Nicaeni designari contendit, et eius integritatem materiale servatam vult(15).

Iam vero primum falso supponitur, constant enim decretum respice-re Symbolum I Concilii. Omissso enim arguento quod posset erui ex tem-pore quo sic dictum Nicaeno-Constantinopolitanum cutum habuerit. (16),

(1) nn. 8-9; PG, 102, 725; cfr. quae de Synodo Photiana habet TDCO, t.I, p.189. - (2) nn. 79-89; PG, 102, 361-384; cfr. Epist. ad Metrop. Aquil., nn. 4-6, 24-26; PG, 102, 797-801, 817-820. - (3) PG, 126, 225. - (4) PG, 155, 98 s. - (5) Cfr. MALVY-VILLER, La Confession orthodoxe de Pierre Moghila, p.42 s. - (6) ES, n. 125; cfr. HEFELE-LECLERCQ, Histoire des Conciles, t.II, p. 330 s. - (7) De controversia ob additionem Filioque sub S. Leone III vide PL, 102, 971-976; textum criticum apud N.N., La questione morale nella controversia del Filioque, La Civiltà Cattolica, 3 Agosto 1929, p.202 ss. - (8) Cfr. eius argumenta refutata a Card. FRANZELIN, Examen doctrinae Macarii Bulgakov... de processione Sp.S., p.173-211. - (9) L'Eglise Latine et le Protestantisme, pp. 33, 214, 221, etc. - (10) Cfr. MICHAUD, Revue Intern. de Théol., t. XII (1895), p. 96. - (11) Cfr. F. GAVIN, Greek Orthodox Thought, p. 141 s. - (12) Graeco-slavorum argumentationes compendiat A. PALMIERI, Filioque, DTC, t.V. - (13) Ex.gr. inter anti-quos Theodorus Balsamon, Ioannes Zonaras, Aristenus; PG, 137, 361-364. - (14) MANSI, t. 31-A, 529 ss. - (15) MANSI, 31-A, 518 - (16) Separati generatim admittunt Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum a Concilio Gene-rali II fuisse editum; cfr. sis A.P. JEBEDEV, О нашем Символе вѣры, Sergiev-Posad 1902. Id vero generatim neicitur, ut probati ferunt auc-tores.

neque S. Cyrillus neque alii orthodoxi Concilii Ephesini Patres hoc Symbolum citant, quod nonnisi Nestoriani adhibuisse Ephesi videtur (1)

Fortasse hac de causa Photius, ut erat vir eruditus, omissa decreto Ephesino, ad Chalcedonense Concilium appellat, ubi post Symbolum Nicaenum et Constantinopolitatum instauratur prohibitio Ephesina (2). Quae cum ita sint tota vis reponenda est in significazione decreti: vertuit omnem qualencumque mutationem, vel solum in sensu alterationem?

Quod Patres Ephesini nonnisi quad sensum Symbolum Nicaenum immutabile fixerint patet ex ipsis adiunctis prohibitionis, post lectum Symbolum Charisii (3); quod vero non alia fuerit mens Patrum Chalcedonensium qui contra Monophysitas, decreto Ephesino de Symbolo abutentes, illic ita confirmant ut simul Ecclesiae vindicent ius et officium condendi definitiones quando opus fuerit (4). Quinimo haec eadem sententia recurrit in tertia dissertatione Eulogii Alexandrini, quam refert Photius (5). Porro, haec explicatio iam tempore Concilii Florentini dilucide proposita fuit a Cardinali Cesarini (6).

Adde, semel admissa rigida illa separatorum explicacione damnari ipsum Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, prout modo adhibetur in Ecclesiis Orientalibus, praesertim secundum versionem slavicam (7).

Zam vero, si hoc unum cavetur in Conciliorum decretis: ut sensus servetur immutatus, licet sane, iuxta de causa Symbolo explicacionem addere seu declarationem. Declaratio autem est Filioque, quae processionem Spiritus Sancti, in Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano memoratam, magis complete reddit ad mentem ~~xxxviii~~ Sanctorum Patrum, quem admodum Florentinum conceptis verbis asserit.

4. Similiter vero in Concilio nonnunquam agitata fuit quaestio de facto ipso additionis. Hucusque generalis fere erat sententia Künstle qui originem Filioque in Hispania detegebatur, eamdemque tribuebat controversiae antipriscilliana (8). Haec autem nonnihil castiganda sunt ut recenter ostendit A.de Aldama S.I. (9).

Distinguendum est Filioque in ~~particulis~~ Fidei Symbolis particularibus et in ipso Symbolo Nicaeno: Si de particularibus agitur, primum et antiquissimum documentum est Symbolum Victricium de Rouari anno circiter 396 (10), qui a S. Ambrosii scriptis dependere videtur (11). Anno autem 433 Filioque apparuit in redactione altera sic dicti Regulae Fidei Concilii Toletani I (a.400), quae reapse habet auctorem Pastorem episcoporum Palentinum (12), qui Regulam fidei Toletani I in multis auxit, adhibita praesertim epistula S. Leonis M. ad S. Turribium, a qua

(1) H.DU MANOIR S.I., Le Symbole de Nicée au Concile d'Éphèse; Gregorianum, t.XII (1931), p. 125. - (2) MANSI, t.VII, 116 s. - (3) H.DU MANOIR S.I., l.c., p. 129-137. - (4) M.JUGIE A.A., Le décret du Concile d'Éphèse sur les formules de foi; EO, t. XXX (1931), p. 263-265. - (5) Bibliotheca, cod.230; PG, 103, 1049. - (6) Eius orationem cfr. apud G.HOFMANN S.I., Concilium Florentinum, III: Denkschrift des Kardinals Cesarini über das Symbolum; OC, n.68 (1931), - (8) Cfr. Card. FRANZELIN, Examen doctrinæ Macarii..., p.173-179. - (9) K.KÜNSTLE, Antipriscilliana, Fr.i. Br.1905, a quo pendet E.MANGENOT, L'origine spagnole du Filioque; Revue de l'Orient Chrétien, t.IX (1906), p.92-101. - (10) A.DE ALDAMA S.I., El Símbolo Toledano I; Anal. Greg., v.VII, Romae 1934; cfr. p.124-131 - (10) PL, 29, 446; HAHN, n.207. - (11) DE ALDAMA, l.c., p.127. - (12) Ibid. p.51 ss.

repetit illud Filioque in formula processionis Spiritus Sancti (1) id quod receptum iam erat (2)

Si vero sermo fiat de particula addita ad Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, communis fert opinio illam prima vice Symbolo adhiberi a Concilio Toletano III (a.589) (3); evoi modo vero nondum probata fuerit critice (4); certo enim id unum asserere licet; Concilium Bocarensse, mediante saeculo VII habet iam Symbolum auctum (5), quod usuratur iam sub hoc tempore in Liturgia hispanica (6). Ex Hispania Filioque edidit in Symbolo peragravit Galliae provincias et superiorem Italiam (7).

Historice autem determininare nobis non licet neque tempus quo Filioque receptum fuit in Ecclesia Romana, neque quando donatum sit solemnii pontificia approbatione (8). Scholastici (9), S. Anselmum sequenti (10), loquuntur de quodam Concilio occidentali quo sancitum fuit aditamentum Illius Filioque, quin amplius dicant utrum alludant simpliciter ad Synodos Toletanas, an ad Concilium Lateranense anni 649 (11), an ad Bocarensse vel ad aliud Concilium post schisma photianum congregatum.

Denique animadvertas velim Romanam Sedem non omnibus imponere Filioque Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano recitandum. Verum sane est Nicolaum III (1278) Callistum III (1455) voluisse omnibus graecis oblationem inducere decantandi Filioque; sed iam Clemens VIII (1595) declaravit hoc non requiri; quam sententiam postea confirmavit Benedictus XIV (1742) et vigens retinet praxis (12)

(1) A.DE ALDAMA S.I., El Simbolo Toledano I, p. 130. - (2) Formularia Patrc et Dilio, una alterave forma, exhibent in Occidente S.Hilarius, PL,10,69,686; S.Ambrosius, PL,16,762; Rufinus, PL,21,372; S.Augustinus, PL,35,1890; 42,770,784; etc. - (3) Orthodoxi generatim tradunt Acta huius Concilii interpolata fuisse; cfr. PROKOPOVICZ, Tractatus de Processione Spiritus Sancti, p. 237, not., p. 703. - (4) Cfr. M.E.SCHWARTZ Das Nicaenum und das Constantinopolitanum auf der Synode of Chalcedon; Zeitschrift für neutestament.Wissenschaft., t. XXV (1926), p.38-88. - (5) Dom FEROTIN, Le Liber Mozarabicus Sacramentorum, p. 774. - (6) MANSI, t.12, 10. - (7) Cfr. de diffusione Symboli T.KUNZE, Das Nicaenisch-Konstantinopolitanische Symbol, Leipzig 1893, cap. 3, p. 64-72. - (8) N.N., La questione storica nella controversia del "Filioque"; La Civiltà Cattolica, 21 Sett. 1929, p.495-508. - (9) Cfr. D.THOMAS, S.Th., I, q.36, a.2, ad 2. - (10) PL,158,317 s. - (11) Quae fuit opinio NOEL ALEXANDRE; cfr. La Civiltà Cattolica, 1.c., p.507. - (12) Cfr. DTC, t.V, p.2340-2341.

CAPUT V

DE

IMMACULATA CONCEPTIONE
B.M.V.

Summarium: 1. Bulla "Ineffabilis" et Ecclesiae graeco-slavicae. - 2. argumenta praecipua contra dogma catholicum.

1. Pius PP. IX, toto plaudente orbe catholico, sollemniter definivit doctrinam de Immaculata B.M.V. Conceptione Idibus Decembris anni D. 1854 (1).

Ex auctoribus qui huius definitionis historiam prosequuti sunt satis scimus quantum orientalium traditio ad hanc contulit definitio nem; illam vero graeco-slavici dissidentes respunnt, tamquam contrariam antiquae fidei Ecclesiae septem Conciliorum, ut legere est in Encyclica Anthymi VII (2).

Ceterum, post definitionem Pii IX, graeco-slavici non solent urgere positivam sententiam a saeculo XVI satis receptam apud ipsos, de liberatione B.M.V. ab originali peccato tempore Annuntiationis, sed toti sunt in impugnando dogmate catholico.

2. Argumenta vero magis frequentata sunt: novitas huius dogmati s; universalitas peccati originalis; et universalitas Redemptionis, quae sic dictam Redemptionem praeventivam excludit; ut modo praescindam ab illa vulgi opinione, quod dogma respuit perinde ac si ageretur de Conceptione virginea, sine semine, B.M.V. (3), id quod iam exclusum voluit et profligavit S. Andreas Cretensis (4).

His positiis, liquet ad plenam huius discrepantiae tractationem praemitti oportere graeco-slavorum doctrinam de peccato originali (5), de Christi Redemptione, etc., a quibus in rerum praesentia abstinere cogimur; etsi nonnulla recolemus in prima paragrapho quae illas graeco-slavorum sententias illustrent.

(1) ES, n. 1641; cfr. Pii IX Pontificis Maximi Acta, Pars prima, vol. I, p. 616. - (2) Εκκλησιαστική Αλήθεια, t. 15 (1995), p. 244. - (3) Hanc autem vulgarem falsamque opinionem nonnulli etiam eruditorum admiserunt; quin et loco "immaculatae" vocem adhibent: sine+semine (бесчленной) sic inter alios Ep. AUGUSTIN, Theol. Fundam., 1898, p. 257 cfr. DTC, t. VII, c. 972. - (4) PG, 97, 1313; cfr. M. JUGIE A.A., Saint André de Crète et l'Immaculée Conception, EO, t. XIII (1910), p. 129. - (5) Cfr. A. BUKOWSKI, Die russisch-orthodoxe Lehre von Erbsünde, Innsbruck 1916; TDCO, t. II, p. 593 ss, 613 ss, 624 ss, 639 ss.

Art.I

Historia Controversiae

Summarium: 1. Antiquiores oppugnatores piae sententiae apud Graecos. 2. Sententia Graecorum a medio saeculo XVII. - 3. Huius opinionis influxus in Russia. - 4. Graeco-slavici contra definitionem dogmatis: A. Lebedev. - 5. De conceptione Immaculata B.M.V. in Mariologia Sergii Bulgakov.

1. Licet in Oriente nulla fuerit opinionum collisio quae possit assimilari controversiis occidentalibus de Immaculata Conceptione (1), iam a saeculo XIV apparent apud Byzantinos sententiae privilegio oppositae.

Primo loco nominandus est Nicephorus Callistus Xanthopoulos in suo Commentario in Troparion "Αγίον ἑστόν" (2), etsi auctor quadam usus circumspectione potius referat verba S.Gregorii Nazianensi (3) a S.Ioanne Damasceno iterata (4) de purificatione B.M.V. die Annuntiationis.

Eadem recurrent apud Damascenum Studitam (5) et Ioannem Nathanaelem in sua "Explicatione Liturgiae" (6) qui ad verbum transcritit Xanthopoulos.

Fusiore autem calamo et sensu magis aperto invicitur in sententiam catholicam Metaphanes Critopoulos (7), secundum quem, si Maria V. immunis fuit a peccato originali a nemine, nisi forte a se ipsa, redempta fuit. Tum ad verba provocat Magnificat et Salutationis ab Angelo.

2. In Confessione Critopouli asseritur hanc esse sententiam Ecclesiae Orientalis. Saltem satis iam communis apparebat ab anno 1668, ut testantur decisiones constantinopolitanae ad Russos tunc temporis transmissae (8). Russis enim de Immaculata Conceptione querentibus respondetur, admissa hac de Immaculata sententia - quae recentiorum quorundam esse dicitur, rurbe xix*xx* ipsius Virginis a Christo Redemptionem (9).

Ad finem vero huius saeculi XVII Sebastos Kymenites edidit suum opus Λογιατική διδασκαλία (10) ubi testimoniis innixus S. Gregorii Na-

(1) J.GAGARIN S.I., L'Eglise russe et l'Immaculée Conception, Paris 1876, p.9. - (2) Cfr. TDCO, t.I, p.450. - (3) Orat. 38 in Theoph.; PG, 36, 325. - (4) De Orthod. fide, l. III, c. 2; PG, 94, 985; Homil. I in Dormitionem; PG, 96, 704. - (5) Θεοφάνης, ed. Athen. 1893, p. 5 s.; cfr. TDCO, t.I, p.496. - (6) Confessio fidei; apud E.J.KIMMEL, Libri Symbolici Ecclesiae Orientalis, Jenae 1843, t. II, p. 177-179. - (8) Editae sunt in Perpetuité de la foi, ed. Migne, t.II, p. 1185-1187; quae vero desunt editit MALVY-VILLER, La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila; OC, n.39(1927) p. 163-166. - (9) MALVY-VILLER, l.c., p. 165. - (10) Editum est opus post mortem auctoris Bucureşti 1703. - (6) De hoc opere Nathanaelis cfr. LEGRAND, Bibliographie hellénique du XV et XVI siècles, t.II, p.201-205.

zianceni et S.Ioannis Damasceni, pluribus explicat unius Christi esse ab omni eximi culpe labe (1). Ab hoc auctore dependent Eugenius Bulgaris (2) eorumque discipuli (3), quorum opera, et si scripta fuerint saeculo XVIII, nonnisi saeculo sequenti edita sunt. In eamdem sententiam abit opus homileticum Nicodemi Hagioritae (4).

3. Sententiam de liberatione a peccato originali tempore Annuntiationis didicerunt Russi, mediante sacculo XVII, ex opere Nathanaelis, sub novo titulo "Scrijal" approbatum in Concilio Niconiano anni 1656. Opinio Nathanaelis admirationem movit et scandalum, ut testatur Paulus starovicerus (5) et ansam dedit quacstioni oblatae Constantinopolitanis, de quo paulo antea (cfr. n.2). Haec sententia facile triumphum retulit Moscoviae (6), cooperantibus fratribus Likhudes (7), et ipso Ioachim Patriarcha (8). Crevit vero postea sub influxu Th. Prokopovicz qui iar kloviae ut professor Immaculatam Conceptionem negaverat (9), et libri Sebasti Kymenites in linguam slavonicam conversi (10).

Videtur nihilominus minus attendi ad hanc doctrinam primo dimidio saeculi XIX, ut testatur silentium Philareti Moscoviensis, Macaria Bulgakov, Philareti Gumilevsky.

4. Post Bulliam "Ineffabilis" dissidentes graeco-slavici dogma catholicum impugnare denuo incipiunt, sive propriis editis elucabrationibus (11); sive translatis protestantium operibus (12); Theologia autem polemica, ut videre est in opere Innocentii Novgorodensis (13), fūstus agitant hoc argumentum (14). Retinent vero antiquam sententiam de purificatione B.M.V. die Annuntiationis; impetum vero faciunt in pontificiam interpretationem Protoevangelii, aliasque rationes in Bula commemoratas.

(1) P.S.PETRIDES, L'Immaculée Conception et les Grecs modernes; EO, t.VIII (1905), p.257-270; cfr.p.262-264. - (2) Θεολογικόν, ed. Venetiis 1872, p.410. - (3) Th.PAPAPHILUS, Ταμεῖον ὄρθοδοξίας, ed.Tripolitsae 1888 p.104-106; Athan. ΜΑ PAROS, Ἐπιτομὴ εἰτε συλλογὴ τῶν θείων τῆς πίστεως δογμάτων, Leipzig 1806, p.277. - (4) Κῆπος χαρίτων, Venetiis 1819, p.183; d. Nicodemo eiusque ditoribus cfr. PETRIDES, l.c., p.269 s. - (5) M.JUGIE A.A., L'Immaculée Conception en Moscovie au XVII siècle; EO, t.XII (1909), p.722. - (6) Cfr.M.JUGIE, l.c., p.326 ss. - (7) Cfr. SOPHRONIUM LIKHUDEN, in eius Dialogo cum Jesuita de discrepantiis inter Ecclesiam Orientalem et Occidentalem; v.EO, t.XII (1909), p.327. - (8) M.JUGIE A.A., L'Immaculée Conception chez les Russes au XVII siècle; EO, t. XII (1909) p. 71. - (9) M.JUGIE A.A., Immaculée Conception dans l'Eglise grecque après le Concile d'Ephèse; DTC, t.VII, c.972. - (10) Cfr. EO, t.XII (1909).p.328. - (11) cfr. sis Ἰστορία τοῦ παρὰ Λατίνοις νέου δόγματος τῆς ἀσύκλου συλλήψεως τῆς ἀγίας "Αννης; Εὐαγγελικὸς Κήρυξ ----- Athenis 1857, t.I, p.262; Взглядъ православнаго на новый догматъ Римской Церкви о неторочномъ зачатии Пресв.Дѣвы Маріи, X.Ч., 1857, т.II, р.32-38. - (12) Opus gallicum A.SEAP, russice prodiit in христіанское Ч.1858, I, p.71 ss, 182 ss, 219 ss. - (13) Богословие обличительное, т.II Kazan 1859, p.118-157. - (14) K.PAWLOWSKI in opere mox laudando. - (15) Разности церкви Восточной и Западной въ учениі о Пресв.Дѣвѣ Маріи Богородици, Varaviae 1881; 2 ed. Petropoli 1903.

sub Filii cruce a reatu originali plene et vere liberam fuisse (1). Liber autem Lebedev et miris laudibus est receptus (2) et plures nactus est sectatores, ut sunt E.Uspensky (3), I.Perov (4), I.Epifanovicz (5), N.Malinovsky (6)... quorum opera haec nova sententia divulgata est.

Iam si aliorum sententiam quaeras adi rumeniu I.Mihăilescu (7) graecum Chr.Andrutson (8), aliosque; qui licet purificationem sub cruce expresse non admittant, Lebedev convenientiunt in reicienda dogmatica definitione.

5. Ultimo loco commemoranda nobis est singularis sententia Sergii Bulgakov (9). Doctrinam catholicam de Immaculata reicit, quia "iuridismo" depravata est et sine necessitate, nimis celeriter, "via administrationis" definita. Ceterum dogma catholicum - ait - praesupponit conceptum "qnselmo-scholasticum" de Redemptione, unum qui patitur Redemptionem ahtpraevisa merita Christi, orthodoxae theologiae repugnantem; et immediatam animarum a Deo creationem (10). Deinde urget solitas rationes: Christus unus absque peccato connipi potuit et debuit, semel admissa Conceptione Immaculata, Maria a Christo redempta non fuit, Ipsa Deipara merito privatur et omni sanctitatis progressu... addens sententiam catholicam ad absurdum ducere: fuisse enim Sma. Virgo immortalis, etc.

Ex alia vero parte ita loquitur ut quibusdam videatur verbis quidem a Bulgakov dogma negari, re tamen vera admitti. Docet enim Mariam semper Virginem iam ab initio praeditam immunitate a peccatis actualibus, et ab omni concupiscentia; tum per gradus omnes sequelas originalis peccati superasse et sic disponi ad Incarnationem, quo in instanti illi restituta fuit facultas illa conceptionis supersexualis, quae protoparentibus concessa fuerat de sententia Bulgakov. Perfectam vero victoriam reportavit Maria Virgo in festo Pentecostes (11).

Quae cum ita sint, videtur sane Bulgakov, non obstantibus laudibus vel exaggeratis in Smam. Virginem, non recessisse ab illa generali separatorum sententia, quae libertatem ab originali peccato concedit B.M.Virgini, non in Conceptione ipsa, sed postea. Alii maluerunt dicere die Annuntiationis, Lebedev in monte Calvario, Bulgakov adhuc postea in festo Pentecostes. Totam vero quaestionem de omnimoda sanctificatione Mariae semper Virginis ipse declarat secundum suum systema, a

(1) Cfr. A.SPALDAK, Die Stellung der griechisch-russischen Kirche zur Lehre der unbefleckten Empfängnis; Zeischr. für Kathol. Theologie, t. XXVIII (1904), p.707 ss. In genere de russicis theologis consulendus est prae aliis A.PAWŁOWSKI, Dogmat Niepokalanego Poczęcia w oświetleniu nowszych prawosławnych teologów rossyjskich, Warszawa 1930; huius operis compendium dat A.PAWŁOWSKI, Doctrina de Immaculata Conceptione apud russos et vera notio de progressu fidei; Acta VI Conventus Velehradensis, Olomucii 1932, p.187-195; cfr.OC,n.70 (1931),p.192-204. - (2) N.BIŁŁIAEV, Новое изложение римского догмата о непорочномъ зачатии Пресв.Богородицы; Правосл.Собес., 1882, т.I, р.194-197. - (3) Обличительное Богослов., Petropoli 1894, р.40-54; - (4) Руководство по обличительному Богословию, ed.5,Razan 1900, p.47-54.- (5) Записки по обличительному Богословию, ed.5 Novoz.1904, p.37-40.- (6) Правосл.Догматич. Богосл., т.III, Ser ghiev-Posad, 1909, p.164-189. - (7) Manual de Teología Dogmática, ed.2, Bucureşti 1920, p.151.- (8) Λοχίμισν Συμβολήκης, Athenis 1901, p.173 ss.- (9) Купина неопалимая, Paris 1927; cfr. Th. SPĀCIL, De theologicis conceptibus S.Bulgakov; OC,n.43 (1928), p.195-213.- (10) Q.c., p.92 ss.- (11) O.c.p.110 ss.

prof. Pawłowski iure optimo dictum "sophiologia mariana" (1), a P. Spáčil recte discussum (2).

Art. II

De Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione traditio graeco-slavica

Summarium: 1. SS. Patrum graecorum documenta: mens S. Ioannis Damasceni. - 2. Byzantini scriptores a Photio ad saeculum usque XVII. - J. Schola Kioviensis de Immaculato B.M.V. Conceptu. - 4. Antiqua Moscoviensium doctrina a Starovieris asserta. - 5. Festum Conceptionis Sanctae Annae in Liturgia byzantina.

1. Patrum et scriptorum graecorum monumenta de Immaculata B.M.V. Conceptione commentario illustrarunt - ut omittam auctores qui generaliora opera conscripserunt - P. de Meester (3), Cardinalis Marini (4) et P. Martinus Jugie (5); Recentissime vero idem argumentum erudite evolvit P. Franciscus E. Müller S.I. (6). Nostrum non esse duco singula in memoriam revocare; quare unum Damascenum adibimus, cuius auctoritate innituntur Graeci privilegio adversantes.

S. Ioannes Damascenus scripsit quidem in die Annuntiationis Spiritum Sanctum Beatam Virginem purificasse ut valeret Verbum Dei in suo intemperato concipere (7) Haec verba Graeci acceperunt de purificatione B.M.V. ab originali peccata. Sed si legas quae Damascenus habet in Homilia I in Nativitatem (8), et in Homilia II in Dormitionem (9), facile tibi persuadebis de sententia Sancti Doctoris purificationem illam diei Annuntiationis accipi oportere de singulari quodam gratiae incremento (10).

2. Iam si de byzantinis a Romana Ecclesia dissidentibus agitur, ipse Photius non solum "satis significare B.M. Virginem absque peccato conceptam originali" (11), verum etiam hoc privilegium aperte declarata-

(1) A. PAWŁOWSKI, in Acta VI Conventus Velehradensis, p.188. - (2) Č. Th. SPACIL S.I., OC, n.43 (1928), p.196-198. Sententiam Spáčil refert articulus: La dottrina dei moderni "ortodossi" intorno alla Beata Vergine; La Civiltà Cattolica, t.78 (1927), p.528-536. - (3) Le dogme de l'Immaculée Conception et la doctrine de l'Eglise d'Orient; Revue de l'Orient Chrétien, t.IX (1904), p.1-16, 188-211, 512-525; t.X (1905), p.57-78, 154-161. - (4) L'Immacolata Concezione di Maria Vergine e la Chiesa Greca ortodossa dissidente, Roma 1908. - (5) L'Immaculée Conception après le Concile d'Éphèse; DTC, t.VII, p.893-975. - (6) Die unbefleckte Empfängnis der Gottesmutter in der griechischen Ueberlieferung; Gregorianum, t.XVI (1935), p.74-96 (contin.). - (7) PG, 94, 985; 96, 704. - (8) PG, 96, 572, 573, 676. - (9) PG, 96, 725, 728, 733. - (10) Cfr. M. JUWE A.A., Saint Jean Damascène et l'Immaculée Conception; Ext. XXXIX (1923), p.1-7 in Bessarione. - (11) sic HERGENRÖTHER, Photius, t.III, p.555 s.

wit praesertim in Homilia II in Nativitatem (1), ubi dilucide asseruit Mariam ob eius specialem praedestinationem, immunem fuisse in sua Conceptione a labe originis (2). Photio vero consonant quamplurimi auctores saeculi IX, X et XI (3).

Schismate perfecto, haec doctrina Byzantii impense colitur (3) usque ad urbem captam. Nec solum plus minus perfunctorie de illa agunt, verum etiam pluribus explanant. Exemplo tibi sit Homilia in Nativitatem Neophyti Reclusi (ob. 1220 ?) quam in lucem dedit M. Jugie (4)

Inter assertores Immaculatae habetur Gregorius Palamas (ob. 1360) cuius adeo crevit fama et influxus. Gregorius multis sane inculcat universalitatem peccati originalis, simul vero novit ab illo praeservatam fuisse Mariam semper Virginem, vas electum, quae ideo dicta fuit ab Angelio: Gratia plena (5). Gregorio consentiunt Nicolas Cabasilas, Matthias Cantacuzenus Imperator CP, aliique byzantini saeculi XIV, etiam qui ad dictissimi erant Sancto Thomae, ut Demetrius Cydonius (6).

Et licet hoc tempore prima appareant documenta sententiae contrariae apud Byzantinos, plures sane antiquae doctrinae testes reperiuntur, etiam saeculis XVI et XVII. Sic XV saeculo nobis occurrit Georgius Scholarios (7), XVII Cyrillus Lucaris, Gerasimus I et II, uterque Patriarcha Alexandrinus, Nicolaus Cursulas; saeculo XVIII Elias Miniatius et Macarius a Patmos (8). Quae cum ita sint bene potuit Christophorus Damascenus reclamare contra suos qui dogma catholicum inauditum asserebant (9).

3. Iam si Russiae theologos interrogemus, reperiemus Kiovienses saeculo XVII plane suffragare B.M.V. privilegio. P. Gagarin (10) refert orationes Lazari Baranovicz, Antonii Radivilovskij et Ioannicij Galjatovskij de Immaculata Conceptione. A. Palmieri (11) evolvens theologicos Kioviensium tractatus, adducit elucubrationes Innocentii Popovskij, Christophori Tchiarnuskij, Hilarionis Leviskij, Ambrosii Djanevitch. Unus appetet Ioseph Voltchianskij qui privilegium in dubium verterit.

(1) S. ARISTARCHIS, Constantinopoli 1901, t. II, p. 372-374. - (2) M. JUGIE A.A., Photius et l'Immaculée Conception; EO t. XIII (1910), p. 198-201. - (3) Cfr. DTC, l.c., t. VII, c. 926-956; M. JUGIE, De Immaculata Deiparae Conceptione a byzantinis scriptoribus post schisma consummatum edocta; Acta II Conventus Velehradensis, Pragae 1910, p. 42-50. - (4) M. JUGIE A.A., Le témoignage de Néophyte le Réclus sur l'Immaculée Conception; Bessarione, t. XXXV (1919), p. 17-20. - (5) M. JUGIE A.A., Grégoire Palamas et l'Immaculée Conception; Revue Augustinienne, t. XVII (1910), p. 175 ss. - (6) M. JUGIE A.A., Le discours du Demétrius Cydonès sur l'annonciation et sa doctrine sur l'Immaculée Conception; EO, t. XVII (1914), p. 97 ss. - (7) M. JUGIE A.A., Georges Scholarios et l'Immaculée Conception; EO, t. XVII (1914), p. 527 ss. - (8) P. S. PETRIDES, L'Immaculée Conception et les Grecs modernes; EO, t. VIII (1905), p. 257-270; Cfr. DTC, t. VII, c. 966-969. - (9) J. GAGARIN S.I., L'Eglise russe et l'Immaculée Conception, Paris 1876, p. 11-23. - (9) Cfr. X. M. LE BACHELET, L'Immaculée Conception. Courte histoire d'un dogme, I Partie, Paris 1903, p. 62. - (11) A. PALMIERI, Il dogma dell'Immacolata conceptione e l'Academia ecclesiastica di Kiev nel secolo XVIII; Bessarione, Ser. III, t. VI (1909), p. 1-5 Id., De Academia Ecclesiasticae Kioviensis doctrina B. Mariam Virginem praemunitam fuisse a peccato originali; Acta II Conventus Velehradensis Pragae 1910, p. 39-41.

Ceterum, Kiovienses facile propugnabant sententiam quam Demetrius Rostovskij et tenuerat et scripto commendaverat (1), quamque archiconfraternitas Immaculatae Conceptionis in urbe Polotsk, iureiurando interposito, profitebatur (2).

Denique si velis scire quonam pacto Kiovienses Immaculatam Deiparae conceptionem tueantur, adi opus "Cursus biennalis theologiae sacrosanctae" Innocentii Popovsky, qui argumenta rationis theologicae urget breviter simul et accurate, necnon vim communis totius populi christiani fidei, vel ipso sollempni Conceptionis festo confirmatae. Id autem ipse sumit non tamquam opinionem a catholicis mutuatum, sed tamquam sententiam maxime propriam Ecclesiae Orientalis.

4. Et iure. Nam etiam Moscovitiae, antequam recentior Graecorum opinio divulgaretur, communiter retinebant omnes Beatam Mariam Virginem sine peccati originalis macula fuisse conceptam. Huius antiquae persuassionis testes habemus Starovieros.

Cum enim deprehenderent in Scrijal Ioannis Nathanaelis dictum contrarium Immaculatae Conceptioni, novitatem et scandalum conclamarent, ut videre est in scriptis Pauli Starovieri (3). Haec autem sententia plures nactus est propugnatores inter Starovieros, etsi non omnia eorum argumenta sint probanda.

Exemplum polemicae starovierae in favorem Immaculatae Conceptionis reperimus in Lazzaro Monacho Pustoozerensi (4) et praesertim in Nikita Dobrynin (5) qui copiosior est; adversarios autem refutat innixus testimoniosis S.Andreae Cretensis et S.Tarasii Constantinopolitan in Präsentationem B.M.V. (6), necnon factis quibusdam historicis. Rationes sane non sunt adeo evidentes; evidens autem est fides Nikitac in Conceptionem Immaculatam Deiparae, quam vel ipsis parvulis luce clarius innotescere asserit.

Hanc autem fidem profitentur in genere Starovieri omnes, etiam nostris diebus, quemadmodum luculenter testatur Professio fidei seu Regula monasterii Belokrinitsa, in Bukovina, anni 1841 (7).

5. Quae cum ita sint, satis apparet doctrinam Immaculatae Conceptionis apprime respondere antiquae sententiae Ecclesiae Graeco-Slavicae; contrariam vero opinionem serius fuisse introductam, et quidem sub influxu Protestantismi, qui rectam de peccato originali conceptum apud Byzantinos et Mosovienses obscuravit. Neque aliud eruitur ex feso Immaculatae Deiparae Conceptionis in Oriente frequentato.

(1) M.JUGIE A.A., L'Immaculée Conception chez les Russes au XVII s.; EO, t. XII (1909), p. 71. - (2) Ibid., p. 72. - (3) Cfr. praecipua dicta Pauli apud M.JUGIE A.A., L'Immaculée Conception en Moscovie au XVII siècle; EO, t.XII (1909), p.322. - (4) Cfr. de mente Starovierum articulum J.LEDIT S.I., Russia renies her ancient faith; Thought, t,V (1930) p. 411-431. Documentum Lazzari edidit N.SUBBOTIN in suis monumentis de Raskol, t.IV (Petrogradii 1878), p. 229. - (5) J.LEDIT S.I., l.c., p.418-425. - (6) PG,98,1484 B,1485 B,1489-1492. - (7) J.GAGARIN S.I., L'Eglise russe et l'Immaculée Conception, Paris 1876, p. 28-30; de Sententia russorum iam antea egerat GAGARIN, Lettres à une dame russe sur le dogme de l'Immaculée Conception, Tournai 1857; Curieux témoignages en faveur de l'Immaculée Conception, Paris 1858.

Huius festi originem erudite investigavit P. de Meester (1), de cuius sententia festum Conceptionis S. Annae, quod saeculo V in Ecclesia Hierosolymitana iam extitisse opinatus est Passaglia (2), nonnisi saeculo VI ad finem vergentis, vel initio saeculi VII reperiri (3), et quidem die 9 Decembris (4) ut modo etiam fert kalendarium orientale.

Alexander Lebedev argumentum dissovere conatur, conferendo festum Conceptionis S. Annae cum festo conceptionis S. Ioannis Praecursoris die 23 Septembris in Liturgia Graeca (5); sed frustra cum in Conceptione Sanctae Annae laudetur quidem conceptio activa, simul vero extollatur conceptio passiva, id quod argumentum nobis praebet (6).

In eadem sententia est P. Jugie (7), qui iure distinguit tria diversa in festivitatis obiecto: 1) nuntium conceptionis mediante Angelo, id quod desumitur a protoevangelio Jacobi, fuitque primitiva ratio cur festum celebratum fuerit; 2) miraculum conceptionis Annae, quae fertur sterilis; 3) conceptio passiva B. M. V. Haec duo accesserunt nucleo illi primitivo; sed decursu temporis tertium elementum primas obtinet apud hymnographos et sacros rhetores.

(1) Dom PLACIDO DE MEESTER O.S.B., La festa dell'Immacolata Concezione nella Chiesa greca; Bessarione, Ser.II, t.VII (1904), p.89-102. - (2) De Immaculato Deiparae semper Virginis Conceptu commentarius, t.III, p. 1604. - (3) P. DE MEESTER, l.c., p.93. - (4) Ibid., p. 94-97. - (5) A. LE BEDEV, Разности церквей... въ ученіи о Пресв. Дѣвѣ Маріи Богородицѣ; смотр. p. 109 ss. - (6) P. DE MEESTER, l.c., p. 101. - (7) DTC, t.VII, c.959.

CAPUT VI

DE
NOVISSIMIS

Summarium: 1. Varia doctrinae capita quibus Graeci a Catholicis discrepabant in Concilio Florentino circa Novissima. - 2. Graeco-slavorum doctrina de Novissimis: quaestiones communiter receptae et discusae.

1. Prima quaestio inter graecos et latinos agitata ad Concilium Florentinum fuit illa de Purgatorio; quam modo satis iam novimus, ope praesertim editionum Bomini L.Petit (1), quo usus est A. d'Alès (2), et G.Hofmann (3).

Diputationis initio de uno Purgatorio sermo fuit. Postea vero tam ex silentio Graecorum quam ex indole quorundam argumentorum (4) Latini suspicantur non solum de poenis Purgatoriis esse discrimen, verum etiam de aliis circa Novissima quaestionibus. Quare, plures hac de re Graecis interrogationes proponunt.

Illas novimus ex responsione Marci Eugenici (5). Sunt autem numero quatuordecim et versantur in explicanda sorte electorum et damnatorum ante ultimum iudicium, necnon de animabus qui sunt in tertio statu. Quae cum ita sint in sequentibus sessionibus una cum Purgatorio, agitur quaestio de sanctorum immediata retributione, deque visione beatifica eis concessa; de reproberum formidin post mortem damnatione, ut testatur Turrecremata (6), etsi testimonia desint theologorum. Omnia vero et singula attinguntur in definitione Concilii (7), quae ad verbum fere iterat Professionem Michaelis Falaeologi (8).

(1) L.PETIT A.A., Documents relatifs au Concile de Florence. I. La Question du Purgatoire à Ferrare; PO, t. XV, p. 1-168. - (2) A.D'ALES S.I., La question du Purgatoire au Concile de Florence, Gregorianum, 1922, p. 9-50. - (3) G.HOFMANN S.I., Concilium Florentinum: I. Erstes Gutachten der Lateiner über das Fegefeuer; OC,n.57 (1929); II. Zweites Gutachten der Lateiner über das Fegefeuer; OC,n.59 (1930). - (4) Cfr. PO, XV, p. 78; G.HOFMANN, l.c.,II,p.241. - (5) Documentum confer,sis, in PO, XV, p. 152-168. - (6) IOANNES DE TURRECREMATA, Super decreto Unionis Graecorum in sacrosancto cœcuménico concilio Florentiae celebrato, ab Eugenio IIII promulgato. Prima ed. Venetiis 1561,fpl.29 r, 31 r, 32 v. - (7) ES, n. 693. - (8) ES, n. 464.

2. Ex utriusque formulae collatione posset quis credere has omnes errorcas sententias communes esse inter dissidentes byzantinos saltem toto tempore quod fluxit a Concilio II Lugdunensi ad Concilium Florentinum. Id tamen de facto non obtinet.

Cum enim nullum fuerit auctoritatib⁹ decretum de his rebus, libertas quaedam deprehenditur in his quaestionibus, ita ut nonnisi haec capita liceat assignare ab omnibus admissa: 1) post mortem nullam dari satisfactionem nullumque meritum; 2) futuram generalem omnium resurrectionem; 3) ultimo iudicio reprobos ab electis definitive segregatos iri; 4) Retributionem inaequalem esse, secundum singulorum merita vel demerita; 5) post iudicium ultimum expectandam esse mundi huius renovacionem; 6) legitimam esse orationem pro defuntis, prout ab Ecclesiae graeco-slavica adhibetur (1).

In reliquis nulla omnino fixa et plane universalis sententia vigeat; etsi vix non sit prorsus communis sententia negans Purgatorium; et quamplurimum suffragium referat opinio de dilata post mortem beatitudine ~~xxx~~ electis; quin et damnatorum ante iudicium liberationem plures tradiderunt. Has igitur quaestiones paucis sequentibus expediemus.

Art. I

De immediata post mortem retributione

Summariu⁹: 1. De damnatorum quorundam ab inferis liberatione antiquorum sententia. - 2. Ritus Euchelaion. - 3. Graecorum sententia. - 4. Opinions Russorum. - 5. De dilatione retributionis iustorum sententiae ante Concilium Florentinum. - 6. Florentinae disputationes. - 7. De theologis postflorentiis dilationem retributionis propugnantium. - 8. De Kioviensium, St. p̄ovskij Tversky sententia. - 9. Quid hodierni sentiant scriptores graeco-slavi.

1. Prima quaestio respicit sententiam contra damnatos seu peccatores latam statim post mortem. Plures sane in errorem inducere potuit quae leguntur in oratione "pro iis qui in fide dormierunt", S. Ioanni Damasceno falso tributa (2), a Graeci⁹ autem Triodio inserta, de Falconillae, Traiani a gehenna liberatione (3) ob preces fidelium.

Sic iam Theophylactus, abutens verbis Evangelii: Qui potest... perdere in gehennam, tradidit peccatorum rei post mortem posse quidem inferno includi; videlicet nisi placetur Deus nostris precibus et operibus (4). Nec alia est sententia Michaelis Glykas saeculo XII (5) et aliorum byzantinorum.

(1) M.JUGIE A.A., La doctrine des fins dernières dans l'Eglise gréco-russe; EO, t.XVII (1914), p.6. - (2) F.DIEKAMP, Johannes von Damaskus; Römische Quartalschrift, 1903, p.371-382 authentiam defendit etiam modo huius operis. - (3) PG, 95, 261-264. - (4) Enarratio in Evangelium Luc., c. XII, 5; PG, 123, 820. - (5) Capita Theologica, edita ab Eustratiades, t.II, Alexandrina 1912, p.55-61.

2. Hanc fovit opinionem ritus "Euchelaei" seu Extrenae Unctionis mortuis adhibita, quam induxit probabiliter Nicolaus Atheniensis, saeculo XIII(1). Illam reprehendunt nonnulli cum Nicephoro II Patriarcha Constantinopclitano (2); alii, ut Symeon Thessalonicensis (3) eius valorem declarant; sed de facto per plura saecula frequentatur in Euchologis et Trebnik (4).

Hic autem ritus, cum ob eius cum sacramento Extremae Unctionis affinitatem, tum ob tenorem quarumdam precum, aptissimus erat qui byzantinis persuaderet animas peccatorum posse a poenis gehennae liberari.

3. Ad illam vero reborandam nonnihil sane contulerunt Confessio Fidei Petri Moghilae et Dositheus. Meletius Syrigos, immutans auctoris sententiam (5), expresse sustinet in Confessione Moghilae sortem damnatorum irreformabilem evadere solummodo in ultimo Iudicio (6).

Dositheus vero qui in Confessione rectius loquitur (7) in suo Enchiridio contra Calvinistas (8) tradidit plures vel graviorum criminum reos, quum ante ultimum iudicium, tum in ipso iudicio a Deo clementissimo ab inferno liberari.

Hanc vero opinionem, quam Eugenius Bulgaris (9) commendat, numquam reperimus communem inter Gracos, quorum recentiores scriptores in varias absunt sententias (10), etsi plures iudicium particulare, etiam relate ad impies, definitum ducant (11).

4. In Ecclesia autem russica sententia de liberatione damnatorum paucos nacta est sectatores, cosique potius recenti tempore. In hanc enim sententiam citari solet I. Perov (12) in Manuali Theologiae polemicae, quod sane plures numerat editiones.

Illi consentiunt Truskovsky, Temnomierov, et ipse Nicolaus Malinovsky (13). Pauci tamen sunt; ferc autem omnes quando sermo est de liberatione a poenis admittunt tertium statum, Purgatorium respondentem, ut sequenti ostehdetur articulo.

5. Maius autem pondus tribendum est in theologia graeco-slava sententiac quae differt animarum retributionem ad ultimum iudicium. Et licet quenestio eddem sit de iustis et de peccatis, quoniam in prae-

(1) M.JUGIE A.A., art.cit.; EO, t.XVII (1914), p. 9.. - (2) PG, 140, 805.. -
 (3) De S.Euchelao; PG, 155, 521. - (4) Th.SPAČIL S.I., DTOS de sacra infirmorum unctione; OC, n. 74 (1931), p. 51 ss.; cfr. A.GOLUBCEV, ОБ
 Обрядовой сторонѣ таинства олессвященія, Moscoviac 1888, p. 158 ss.. - (5)
 Cfr=A.MALIVY-M.VILLER, La Confession orthodoxe de Pierre Moghila; OC,
 n. 39 (1927), p. cxvi ss. - (6) KIMMEL, Libri Symbolici, t.I, p. 132. -
 (7) KIMMEL, Libri Symbolici, t. I, p. 463-464. - (8) Enchiridion contra Calvinianam insaniam, Bucuresti 1690; apud TDCO, t. IV, p. -
 (9) Θεολογία, Venetiis 1872, p. 131-132. - (10) Cfr. F.GAVIN, Some aspects of contemporary greek orthodox thought, Milwaukee 1922, p. 410 ss.. - (11) Sic scribit Ch. ANDROUTSOS, Δευτική, p. 435, qui hac de causa reprehenditur a C.DYOBONIOTTI; cfr. F.GAVIN, l.c., p. 413.. - (12) Обличительное Богословие, cd. 4, p. 105-109. - (13) horum testimonia confer sis in TDCO, t.IV, p. 156 ss.

cedentibus sermo fuit de damnatis, modo quaestionem restringimus ad iustos.

Porro, iustorum retributionis dilationem propugnant iam antiqui tus Photius (1) et Theophylactus bulgarus (2), quos sequuntur Euthymius Zigabenus, Michael Glykas, Ioannes Zonaras aliique bene multi (3); siquidem saeculo XIII haec sententia satis communis inter Graecos apparat fuisse, si fidem geramus tractatui Patrum Dominicanorum scripto anno 1252 (4). Eam, licet aliquantulum mitigatam sustinuit ante Concilium Florentinum Symeon Thessalonicensis (5).

6. Hunc prae aliis auctoribus sequi videtur Marcus Ephesius in Synodo Florentina (6), qui iustis post mortem concedit visionem Dei per speciem tantum. Marco vero assentitur eius frater Ioannes Eugenios (7) et ipse Georgius Schalarios (8).

Quae cum ita sint, iure merito Florentinum definivit iustorum animas mox in caelum recipi et visione Dei frui (9), iterans quae proposita sunt in formula fidei Michaelis Palaeologi, quaeque Benedictus XII sollemni sua sententia iam decreverat (10).

7. Verum age; cum Liturgia byzantina dilationem ignoraret (11), nihil mirum si iam dudum extiterunt inter graecos qui immediatam propugnarebant retributionem, quemadmodum contendunt Michael Psellos, Nicolaus Methonensis, Nicolaus Cabasilas, etc. (12). Post decretum vero Florentinum haec recta sententia fere deseritur, quam data opera impugnant Meletius Syrigos in recensione Confessionis Petri Moghilae (13), Methodius III Constantinopolitanus Patriarcha in suis ad Russos responsionibus (14) et tandem Eugenius Bulgaris (15); ita ut nullus fere sit auctor græcus qui dilationem retributionis non teneat.

8. Secus vero accidit inter theologos Kiovienses et Moscovitas saeculi XVIII. Kioviensium sententiam praebet Stephanus Javorsky (16), qui ex Scriptura, Traditione et Liturgia multis confirmat retributionem immediatam et perfectam quoad animam. Moscoviensium autem opinionem recole apud discipulos Prokopovicz, Theophylactum Gorsky (17) et

(1) Quaest.6 ad Amph.; PG,101,105-108. - (2) Enarr.in Ev.Lucae; PG,123, 1104 s.; Expos.in Ep.ad Hebr.; PG,125,365-368. - (3) TDCO,t.IV,p.67 s. - (4) Contra errores Graecorum; PG,140,487.511. - (5) PG,154,844.544. - (6) PO,t.XV,p.156. - (7) Refutatio decreti Florentini; apud DOSITHEUM, Τόπος καταλλαγῆς, p.267. - (8) Oeuvres complètes, t.I,p.505-520; cito vero Schalarios ad suam antiquam et rectam sententiam reversus est. - (9) ES,n.693. - (10) ES,n.464,530-531. - (11) Cfr. de hoc argumento M.NIECHAJ, Oratio liturgica pro defunctis in Ecclesia Russa orthodoxa (exquisitio dogmatica), Lublin 1933, p. 86 ss.; pulchra testimonia congerit e Joseph Methonensi M.JUGIE, TDCO,t.IV,p.46-47. - (12) TDCO,t.IV,p.48-54. - (13) J.KIMIEL, Libri Symbolici, t. I, p. 137-140, 201-203. Haec autem tribuenda sunt Meletio Syrido; etsi Moghila videtur has de Novissimis immutationes ratas fere habuisse, cum nihil eis opponat in suo Parvo Catechismo. - (14) Cfr. Perpetuité de la foi, ed. Migne, t.II,p.1186 s. - (15) Θεολογικόν, p. 134 ss. - (16) Какень вѣры ed. Moscoviae 1843, p. II, p. 338 ss.; cfr. TDCO, t.IV, p. 60 s. - (17) Ecclesiae Orientalis Orthodoxae dogmata, ed. Moscoviae 1831,p.289-290.

Silvestrem Lebedinsky (1). E contra ultimus prokopovianorum Philaretus Drozdov seu Moscovensis ita loquutus est in suo Catechismo (2) ut videatur animas iustorum ante ultimum iudicium a visione Dei excludere.

9. Eadem ambiguitas et incertudo deprehenditur in scriptis recentiorum theologorum russorum Macarii, Malinovsky etc., qui tradunt retributionem animarum incompletam ante ultimum iudicium, quin rem pressius determininent. Qui vero cum Antonio Amphiteatro dilationem expressis verbis propugnant, paucissimi sunt (3).

E contra, apud Graecos hodiernos sententia viget de dilatione, quam tradunt Mesoloras (4), Dyobouniotis (5) et Androustos (6); ita ut F. Gavin (7) hanc opinionem communem dixerit.

Art.II

De tertio animarum statu seu de Purgatorio

Summarius: 1. Prima controversiae origo. - 2. Byzantinorum opuscula contra Purgatorium. - 3. Disputationes Florentinae. - 4. Recentiorum graeco-slavorum sententia de tertio statu: quibus differat a catholica doctrina de Purgatorio. - 5. Doctrina Stephani Javorskij. - 6. Dogma catholicum de Purgatorio in Libris Liturgicis byzantinis.

1. Prima inter Graecos et Latinos disputatio de Purgatorio facta est inter Fratrem Bartholomaeum O.F.M. et Georgium Bardanen episcopum Corcyrae (8) anno 1231/1232 in monasterio graeco Cazulensi. Sententia catholica audita, Bardanes scandalizatus est adeo ut eam illico scripto profligaret (9). Videlicet, duabus a catholicis differt graecus episcopus: relate ad ignem Purgatorii quem negat, et relate ad retributio nem, quae nonnisi in ultimo iudicio locum habere censem.

Haec autem sententia paulo post propugnatur a Germano II Patriarcha Constantinopolitano (1222-1240) qui de Purgatorio opusculum scripsit, testante Allatio (10). Illam autem memorant Patres Dominicani in

(1) Compendium Theologiae classicum, p. 555 ss. - (2) Cfr. Catechismus Philareti ad II fidei articulum. - (3) Cfr. TDCO, t. IV, p. 79-82. - (4) Συμβολική, ed. 2^o, t. II, p. 99. - (5) Η μέση κατάταξις τῶν ψυχῶν, p. 68 ss. - (6) Δογματική, p. 419 s. - (7) F.GAVIN, Some aspects of contemporary greek orthodox thought, p. 415. - (8) Cfr. G.GOLUBOVITCH, O. F.M., Biblioteca della Terra Santa e dell'Oriente Franciscano, t.I, Quaglioni 1906, p. 170-175; E.KURTZ, Georgios III Bardanes Metropolit von Kerkira, Byzantinisches Zeitschrift, t. XV (1906), p. 603-613. - (9) Cfr. TDCO, t. IV, p. 37. - (10) De Perpetua utriusque Ecclesiae consensione, lib. II, c. 14, n. 3.

eorum opusculo contra errores Graecorum anno 1252 Constantinopoli exarato (1). Quare, nulla sane iniuria Innocentius IV anno 1254 in epistola ad suum in Cypro Legatum hanc Graecorum de Purgatorio doctrinam oratione targit (2); quam paulo post Conclusiones theologicae fratris Francisci Praedicatoris (3) tamquam communem graecum reiciunt, et S.Thomas suis operis confutavit (4) etiam in iis quae ad Graecos direxit (5).

2. Iam primis hisce documentis satis appetet in doctrina Catholicorum de Purgatorio duo graecis praesertim displicere: ignem purgatorii, et quandam analogiam inter poenam temporalem et errorem Origenis de fine poenae damnatorum. Haec autem magis magisque declarantur in opusculis Byzantinorum ante Concilium Florentinum.

Symeon Thessalonicensis, catholicam sententiam male assequutus (6), illam reicit ut commentum evertens verba Domini qui poenas aeternas esse astrinxit; non igitur ulla satispassione, sed precibus Ecclesiae animae leviorum peccatorum reae, liberantur (7). Mattheus Angelus Paneretus in suo opusculo de Purgatorio (8), refutate intendit argumenta S.Thomae in capite IX opusculi ad Cantorem Antiochenum (9).

3. Haec si recolas, habes iam Graecorum de Purgatorio sententiam in Syncdo Florentina; non enim solum Purgatorii nomen et ignem excludebant, sed omnes quoque poenas sensibiles, ut notavit Turrecremata (10) et documentis ostendi potest.

Frumum omnium documentum oblatum fuit a Latinis die 5 Junii 1438 (11) praebens Professionem fidei Michaelis Palaeologi, eiusdemque probationem - quod attinet ad Purgatorium - ad mentem S.Thomae in IV Sententiarium et in opusculo contra errores Graecorum, quibus adhibent opusculum contra Graecos FF.Praedicatorum a.1252. Ab his fontibus promanarunt etiam testimonia quaedam S.Augustini, Theodoreti...quae non sunt genuina (12). Praeterea, etiamsi in doctrinae definitione sermone de peenis in genere, in decursu probationis quaestio agitur continuo de igne purgatorii, quod omnibus fere difficultatibus ansam praebuit ut appetet in Graecorum responsionibus.

Harum duas novimus; alteram scripsit Marcus Ephesius (13); altemam vero pluribus auctoribus tributam (14) recitavit Bessarion die 14

(1) PG,140,480,511-514. - (2) Lignum Bullarium Romanum, t.III, p.582-583; cfr.MANSI, t.XVIII,581-582. - (3) PG,140,469.- (4) IV Sent.dist.21, quaest.I,art.1; Contra Gentes,1.17,c.91. - (5) Contra errores Graecorum, ad finem; Declaratione quorundam articulorum contra Graecos ad Cantorem Antiochenum. - (6) Dialogus contra haereses,c.23;PG,155,116. - (7) Responsa ad Gabrielem Pentapolitanum,quaest.IV;PG,155,844.-(8) Cfr. P.RISSO,Matteo Angelo Paneretus e cinque suoi opuscoli; Roma e l'Oriente,t.VIII (1914),p.178. - (9) Ibid., p. 170, 232-233. - (10) Super Decreto Eugenii IV de Unione Graecorum, fol. 25 v. - (11) Illud imperfecte edidit JUDINIANUS,Acta Concilii Florentini,Romae 1638,p.285-288; textum graecum dedit L.PETIT,PO,t.XV,p.25-38; originalem autem latimum textum G.HOMMANN S.I.,Concilium Florentinum,I.Erstes Gutachten der Lateiner über das Fegefeuer;CC,n.57 (1929),p.285-298. - (12) Cfr.A.D'ALES, La question du Purgatoire au Concile de Florence;Gregorianum,1922,p.433) PO,t.XV,p.39-60. - (14) videlicet Nilo et Nicolao Cabasilae ac praesertim Barlaamo Calabro,ut fert opus Retri ARKUDII,De Purgatorio Igne adversus Barlaam.

- Junii, nomine deputationis Graecorum (1). In ea vero Graeci hoc unum intendunt: purgationem illam non necessario fieri detere per ignem; utrum vero peccata redonentur propter salas preces fidelium, an poenis aliis persolutis, nusquam declaratur; imo ab hac quaestione consulto abs tintent (2).

Ad haec reponunt Latini, auctore Turrecremata, explicando diversitatem inter ignem temporarium Purgatorii et errorum Origenis (3). Quod si de poena loquentes ignem efferrunt, hoc fit propterea quod ignis poena sit temporalis quae maxime convenit (4), non obstantibus argumentis decem a Graecis propositis quae ex ordine solvunt (5).

4. Quae cum ita sint, satis patet theologos graecos qui Ferraram convenerant, una excepta quaestio de tormento ignis, nobiscum constire. Nec mirum, siquidem omnes eorum auctores admittere tenentur et de facto amittunt tertium querendam statum animabus illis reservatum quae levioribus obnoxiae peccatis e vita decesserunt. Solummodo pauci illi qui damnatorum liberationem ante iudicium ultimum propugnant huic de medio statu sententiae adversantur.

Illam tuetur post Florentinum Georgius Scholarios (6), Gabriel Severus ~~xxx~~ (7), Petrus Moghila (8) etc. Quinimo Moghila ab ipso Purgatorii nomine non abhorruit (9); Gabriel Severus et Dositheus poenam temporalem, etiam ignis, absque difficultate admittunt (10).

Quando vero saeculo XVIII Prokopovicz induxit theorias protestanticas, obscurata est doctrina de tertio statu, ut videre est in operibus Theophylacti Gorsky (11) et Silvestri Lebedinsky (12). Sed iam a medio saeculo XIX theoria de tertio statu denuo recurrit.

Hanc doctrinam si conferamus cum dogmate catholico, bene possimus asserere: a) convenire graeco-slavos cum catholicis convenire in admittendo tertio statu, quo donantur animae quas nonnihil manet expiandum, quaeque fidelium suffragiis iuvantur; b) differunt vero 1) in statuenda natura huius punitionis vel poenae; 2) in negando hisce poenae valore expiationis (13).

5. Stephanus Javorsky, qui Purgatorium e numero differentiarum tolli dixit oportere, protestantium obiectiones contra Purgatorium catholicorum fere more dissolvit. Poenam temporalem post mortem defunctis animabus pluribus subeundam asserit, ctsi temporalem ignem reiciat, Du-

(1) PO, XV, p. 61-79. - (2) Cfr. l.c., p. 63 ad finem. - (3) Documentum adest apud G. HOFMANN S.I., Concilium Florentinum, II: Zweites Gutachten de Lateiner über das Fegefeuer; OC, n. 59 (1930), pfr. p. 217-218. - (4) Ibid. p. 223. - (5) Ibid., p. 234-243. - (6) Cfr. Oeuvres complètes, t. I, p. 531 ss. - (7) De quinque differentiis, p. 51 ss. - (8) Instructio circa commemorationem defunctorum, in eius Trebnik, Kioviae 1646, p. 835-849. - (9) A. MALVY-M. VILLER, La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila; OC, n. 39, p. xlvi; cfr. p. 163. - (10) TDCO, t. III, p. 360, 358. - (11) Orthodoxae Orientalis Ecclesiae dogmata, Mosquae 1931, p. 290. - (12) Compendium Theologiae classicum, Petropoli 1799, p. 555. - (13) A. BUKOWSKI S.I., Die Genugtuung für die Sünde nach der Auffassung der russischen Orthodoxie, Paderborn 1911, p. 205.

bium tamen manet utrum Javorsky poenis attribuat valorem expiatorium necne (1), quod certe ipsi deest ad rectam tuendam sententiam.

6. Byzantina autem Liturgia, qua ipse utitur, argumentum suppeditare posset. Per pulchra sine documenta congerit M.JUgie A.A. (2) quae rem sane evincunt. Opus vero praecipue consulendum est illud iam laudatum M.Niechaj (3), qui plura sane complectitur; quare ex eo sumere possumus quae directe respiciunt duo illa doctrinæ capita quibus graeco-slavici a catholicis deviant(4).

1) Quod ad primum attinet, poenis scilicet animas medii status cruciari, haec accipe: "Liberum eum constitue, sicut a cuppa, ita a poena, quae propter peccata sequuta est" (5). "Libera, Salvator, servos tuos lacrimis et suspiriis...solus misericors, abstergens omnem lacrimam ab oeulis omnium fideliter Te colentium" (6) "Amici mei, recordamini erga vos affectus mei, Christum exorate ut miserum vita orbatum et tormentis subditum respiciat" (7).... Supposita autem generali doctrina in Sacra Liturgia Deum nonnisi pro inimicibus qui in tertio sunt statu, minime pro damnatis exorari (8), argumentum facile conficitur.

2) Ad alterum quod attinet, scilicet poenis inesse rationem purificationis et satispassionis, fatendum sanc est deesse in liturgia byzantina expressa testimonia; aequivalenter autem res clare traditur(9). Siquidem animas poenis temporalibus detentae, purgari debent; ergo nisi eas inutiliter torqueri dicere malis, poenas piaculares dicere dpos*t*et.

(1) Cfr. de Javorskij A.BUKOWSKI S.I., l.c., p. 89 s., 161-164. - (2) TDCO, t.IV, p.91 ss. - (3) M.NIECHAJ, Oratio liturgica pro defunctis in Ecclesia Russa Orthodoxa, Lublin 1933. - (4) o.c., p.167 ss., p. 262 ss. - (5) Trebnik Moghilae, 1646, p.721. - (6) Trebnik Moghilae, 1646, p.303. - (7) Trebnik Moscoviensis, 1855, p. 181. - (8) M.NIECHAJ, o.c., p.99 ss. - (9) Ibid:p.262-263.

CONCLUSIO

Summarium: 1. Quae in praecedentibus omissa sunt. - 2. Ecclesia graeco-slavica de unione cum aliis coetibus christianis. - 3. Quis sit animorum status relate ad Ecclesiam Catholicam. - 4. Praecipua difficultas dogmatica ad unionem, d. Frimatu Romano, superari potest. - 5. Vox "Orthodoxiae" et Ecclesia Romana.

1. Quae praecedunt notae de Theologiae Orientali longe distant a plena tractatione. Desunt enim quamplura, etiam integra capita: De Sacramentis Ecclesiae, de Nestorianismo, de Monophysismo; desunt et plures quaestiones in singulis capitibus; neque enim possibile est omnia vel brevissime recolere adeo brevi temporis spatio.

Illis igitur omnibus praetermissis, antequam hisce notis finem imponamus, meminisse iuvat ut se habeat Ecclesia Graeco-slavica relate ad pacem christianam inter Orientem et Occidentem restibiliendam.

2. Non deest sane inter Orientales studium erga unionem cum aliis christianorum coetibus ineundam, ut demonstrant graeco-slavorum praesentia et activitas in Congressibus Stokolmi (1925) et Lausanne (1927) et in Anglicanorum Conferentiis ad Lambeth.

In Lausanne unio impossibilis fere evasit; publica enim declaratione repudiarunt graeco-slavi "compromissum" omne circa fidem antiquam (1). E contra ad Lambeth (1930) 13 illi "termini intercommunioonis inter Ecclesiam Anglicam et Ecclesiam Orientalem Orthodoxam" propositi anno 1921, fere in omnibus ab utrisque sancti sunt; etsi frequenter ad voces aequivocas recurrent, vel privatas tantum opiniones referant (2).

3. Aliter vero se res habet relate ad Catholicismum. Legitimum Ecclesiasticae unionis characterem sollemniter proposuit Pius XI in

(1) Cfr. FAITH AND ORDER, Proceedings of the World Conference Lausanne, August 3-21 1927. Edited by H.N.BATE. New York 1928, p.382-386.
(2) De his vide B.LEEMING S.I., A Note of the "Report of the Joint Doctrinal Commission between Anglican and the Eastern Orthodox Church Gregorianum, t. XIII (1932), p. 528-580.

Litteris Encyclicis "Mortalium animos" (1) quibus simul errorem damnat "Panchristianismi".

Contra Encyclicam, sicut Protestantes, Graeco-slavi plures reclamarunt (2). Ut aliquos nominem, adeatis Hamilcarin Alivitsaton (3), Germanum Thyatirae episcopum (4) et Sergium Bulgakov (5) qui sane ab critices acerbitate non temperarunt....

4. Nec mirum si ad eo commoti sunt graeco-slavici. In sua enim Encyclica Romanus Pontifex insistit in unione totius gregis Christi Domini sub regimini universalis Romani Pontificis; hoc vero dogma ipsi existimare solent "lapidem offensionis", etiam ii qui mitiores sunt in catholices (6).

Haec vera sunt et minime celanda. Vehementer tamen falleretur qui idcirco putaret hanc de Romano Pontifice et de Ecclesia Catholica existimationem insanabile fere vulnus evasisse; plura enim praestato sunt qui contrarium suadent.

Tetragram, convertas ad benevolentiam qua plures graeco-slavici prosequuti sunt Conventus Velehradenses, aliosque catholicorum Congressus de quaestioni orientali; ad bonum quo gaudet nomen Ecclesia Catholica apud eruditos quamplures hodiernos auctores in Graecia, in Rumenia...; ad motum sic dictum "philocatholicorum" quem nonnulli russi separati impense fovent et ducunt (7). Certe non est mirum si plures separati in Rumenia interrogati respondeant: unionem cum Ecclesia Catholicam procurandam esse (8).

5. Id enim postulat ipse, quo gloriantur, conceptu "Orthodoxiae", ut animadvertisit M.d'Herbigny (9) recensens articulum Nicolai Glubkovsky de essentia orthodoxiae (10). Nimirum, orthodoxia etiam hodierna, a saeculari sua vita quae primis saeculis forentissima fuit, traxit ~~xxix~~ indolem quae veritatem catholicam, etiam de Primatu, omnino reclamat.

Quo fit ut hanc interpretatus intimam "Orthodoxiae" essentiam, Vladimirus Soloviev haec dicere non dubitaverit (11):

"Tamquam membrum verac et venerabilis Ecclesiae Orthodoxae Orientalis sive Graeco-russicae. quae minime utitur voce Synodi cuiuslibet

(1) Acta Apostolicae Sedis, 1923, p. 5-16. - (2) Cfr. opus Kritisches Simmen zum päpstlichen Fundschriften über die Einigungsfrage der Kirchen, Berlin 1928. - (3) Roma locuta est; The Christian East, Autumn 1928, p. 127-130. - (4) Η τελευταία ἐγκύρως τοῦ Πάπα περὶ καλλιέργειας ἀληθούς θρησκευτικῆς ἐντήτος; Ορθοδοξία, Febr. 1928, p. 526-529; Maio 1928, p. 68-83. - (5) Лозанская конференция и папская Энциклика; Путь, n.XIII (1928), p. 71-82; The papal Encyclical and the Lausanne Conference; The Christian East, Autumn 1928, p. 116-126. - (6) Cfr. N. LOSSKY, О единстве Церкви; Проблемы русского религиозного сознания, Berlin 1924, p. 332 ss. & (8) Cfr. I. GEORGESCU, Bisericile Românești (ancheță), Oradea, 1935. - (9) V. VILLIUSKIJ, De philocatholicis motibus qui dicuntur Russorum; Acta VI Conventus Velehradiensis, Olomucii 1933, p. 224-228. - (10) La vraie notion de l'Orthodoxie; OC, n. 7 (1923), cfr. p. 26 ss. - (11) La Russie et l'Eglise Universelle, 4 éd., Paris 1922, Introduction, p. LXVI.

Compendium Theologiae Orientalis - 65

anticanonicae, vel hominum qui se totos civili potestati manciparunt; sed voce ilia utitur amplissimorum suorum Patrum et Doctorum: ego sum premium agnosco iudicem in religiosis rebus eum quem iudicem agnoverunt sanctus Irenaeus, sanctus Dionysius Magnus, sanctus Athanasius Magnus, sanctus Ioannes Chrysostomus, sanctus Cyrillus, sanctus Flavianus, sanctus Theodoretus, sanctus Maximus Confessor, sanctus Theodorus Studita, sanctus Ignatius, etc.; nimicum, apostolum Petrum qui in suis vivit successoribus, quippe non frustra illa a Domino verba audivit: "Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam" - "Confirma fratres tuos" - "Pasce oves meas, pasce agnos meos".

Tot tibi, Cor Iesu, laudes quæ grammata scripta

Roma, 29 Maii, 1935